

BV 4011

RG

V.3

1875



FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ

1875

1875

AURIFODINA UNIVERSALIS SCIENTIARUM DIVINARUM

ATQUE HUMANARUM

MAGISTER.

MAGISTER.

MAGISTER.

- S. ANTON. DE PAD.** *Etymologia.* Magister dicitur, quasi major statione: nam *steron* græce, statio latine dicitur. *Serm. Dom. 23 post Trinit.*
- COLLECTOR.** *Definitio.* Magister est doctor seu præceptor, apud quem est summa rerum potestas.
- S. AMBROS.** *Comparatio.* Sicut aurum, et argentum, et lapides quos ignis non corrumpit: ita bonus magister incorruptibilis permanebit. *Super I Cor. iii, in illud: Ignis probabit.*
- BENEDI.** Eisdem est præceptorum conditio, quæ seminum: multum efficiunt, etsi angusta sunt, modo idonea mens capiat illa, et in se trahat. *Epist. 38.*

SENTENTIE PATRUM.

- S. AMBROS.** 1. Perfectio discipulorum, gaudium et corona magistri est. *Prose.*
2. Fructus magistri, discipulus est obediens: cuius dum bona conversatio proficit magistro, fructus sui edit laborem.
3. Labor enim discipuli in opere bono, coronam dat magistro. *Super I Thessel. cap. ii.*
- S. ANTONIN.** 4. Magistorum secundum mundum et non Christum, totum studium est legere et disputare, et commenta curiosi facere, de penitentia non curare, carnaliter vivere, et honores appetere. *Part. 3, tit. 5, de Doctoribus, cap. 2, § 10.*
- S. ATHANAS. MAGNUS.** 5. Probi præceptoris est, omnia in erudiendo ad mores discipulorum dispensare, donec eos ad perfectum absolutæ eruditionis evehat. *Epist. adversus Arianos.*
- S. AUGUST.** 6. Me potius magistrum audire, quam velut

magistrum delectat audiri. *Epist. 28, ad Hieronym.*

7. Magister verus est, qui neminem palpat, neminem fallit, sed verax est doctor. *De Verbis Apost., serm. 13.*

8. Docentis auctoritas, fidem orationi conciliat, attentioresque discipulos reddit. *Apud div. Joannem Damascenum, lib. 1 Parall., cap. 90.*

9. Loqui et docere, magistrum condecet: tacere et audire, discipulo convenit. *In Regula, cap. 6.*

10. Discipulus autem parat magistro. *Serm. 7 super Cantica.*

11. Multi sub præceptore quieti vivunt quos si jugo absolvas, vides non posse quiescere, nec se ullo modo equalibus servare innocios. *Ibid., serm. 23.*

12. Innumeros cerne simpliciter ac sine querela inter fratres conversari, super fratres non solum inutiliter, sed et insipienter et nequiter, minime quidem egentes magistro, nec tamen idonei magisterio. *Ibid.*

13. Multi sunt qui sine duco et præceptore vias vite ingredi non formidant, et ex hoc a recto tramite periculosissime aberrasse comperti sunt. *Ibid., serm. 77.*

14. Erubescunt superbi esse discipuli, si eos in humilitate præcesserint magistri. *In suis Sent., verbo Quantum.*

15. Magister ignorans ignorabitur, imò et multos ignorare faciet, et ignorari. *In Declam.*

16. Miserum est eum esse magistrum, qui nunquam novit se esse discipulum. *De Discipul. scholar. Hab. apud Bedam, in Axiomat. philos., verbo Miserum.*

S. BASIL. MAG.

S. BENEDIC.

S. BERNARD.

BORTIUS.

007081

17. Non est dignus scientia, qui scientie insur-
git preceptoris. *Ibid.*, verbo *Non est*.
18. Ipse magister est, qui cathedram habet in
caelis, corda hominum in terris. *Super Sop.*, cap. v.
19. Cathedram habet in caelo, qui intus docet
corda. *Super Luc.*, cap. xix.
20. Boni magistri, bonos discipulos facere con-
sueverunt. *De sex ait. Scraphin*, cap. 4.
21. Tam de divinis, quam de philosophorum
doctrinis, nec tutum est, nec honestum inerudi-
tos et ignaros sibi usurpare magisterium. *De Car-
dinalibus oper. Christi*, in praefat. cap. 2.
22. Quid in temerario preceptore auctoritas
imperandi est, nisi gladius in manu furiosus? In
suis *Opusc.*, oraculo 49.
23. Qui prius magister esse desiderat quam
discat, stultitiae noxam non declinat. *Super Prov.*
cap. xviii.
24. Magister eruditus, margaritam recte
comparatur: quia dum emendationem morum,
dum supernorum scientiam pie quaerentibus
aperit, quasi aureo ornata majorem insuper gra-
tiorumque fulgorem gemmae ardentis annectit.
Ibid., cap. xxxv.
25. Sicut peccat, qui scit et non vult proximum
docere: sic qui nescit, et vult magister esse.
Super Ecclesiasten, cap. v.
26. In arrogantiam (que utruina diaboli) inci-
dunt, qui in puncto horae nec dum discipuli fiunt
magistri. In *Decret.* part. 1, distinct. 48, can.
Prohibentur.
27. Omne magisterium in examine charitatis
approbatur. *Lib. 2 Moral.* cap. 8.
28. Incassum tenet magistri locum, qui non
exercet officium. *Ibid.*, lib. 25, cap. 42.
29. Sunt perique qui dum metiri se nesciunt,
que non didicerunt docere concupiscunt; qui
pondus magisteris tanto levius aestimant, quanto
magnitudinem illius ignorant. In *Pastorali cura*,
sub finem Prologi.
30. Ipsa in magisterio lingua confunditur,
quando aliud dicitur, et aliud docetur. *Part. 4
Pastor.* cap. 4.
31. Sunt nonnulli qui ita per magisterium spi-
ritus intrinsecus docentur, ut etsi exterius hu-
mani magisteris disciplina desit, magistri interni
censura non desit. *Lib. 1 Dialogi*, esp. 1, verbo
Negatquam.
32. Qualis magister erit, si discipulus non fue-
rit? *Lib. 7 in Registro*, epist. 5, indic. 3, ad
Brunehild., regin. *Francor.*
33. Nullus post magister discipulorum fit, nisi
prius haberit magistrum. *Lib. 1 Dialogi*, esp. 1.
34. Quid putamus quod isti subjectis praestaturi
sunt, qui antequam discipulatus limen attingant,

- tenere locum magisterii non formidant? *Prose-
cutio*.
35. Videat quod imitetur, discat quod doceat,
informetur quod tenet: ut postea non debeat
errare, qui eligitur viam erranti demonstrare.
36. Quid hoc celerius, quidve precipitantius,
quam ut exoriat a summitate principum, et
ante esse incipiat quis magister, quam minister?
Lib. 7, in Registro, ind. 2, cap. 110, epist. 140,
ad *Syagrum episc.*
37. Magnum quid est docere, verum dicere
periculo caret. *Prosecc.*
38. Cur teipsum facis pastorem, cum sis ovis?
cur teipsum praebes magistrum, cum sis discipu-
lus? cur caput esse contendis, cum pes existas?
cur exercitum ducere quaris, cum inter milites
adhuc censearis? *Orat. 2 de Modestia*.
39. Delicatus magister est, qui pleno ventre de
jejunis disputat. *Epist. 2 ad Nepotian.*
40. Ne miles ante quam tyro, ne prius magister
sis, quam discipulus. *Ibid.*, epist. 4, ad *Rustic.*
41. Nulla ars absque magistro dicitur. *Ibid.*
42. Magistrorum non vitia imitanda sunt, sed
virtutes. *Ad Rufin.*
43. Incidunt in arrogantiam diaboli, qui in
puncto horae, nec dum discipuli, jam magistri
sunt. epist. 44, ad *Ocean.*
44. Felix est, qui Deo magistro utitur. *Super
Psalm.* xcvi, vers. 11.
45. Nihil est kedius preceptore furioso, qui
cum debeat esse mansuetus, et humilis ad omnes:
e diverso torvo vultu, trementibus labiis, rugata
fronte, efractatis convitiis, facie inter pallorem
ruboremque variata, clamore perstrepat: et er-
rantes non tam ad bonum retrahat, quam ad
malum sua savitia precipitet. *Super Epist. ad
Tit.* cap. 1, in illud: *Non iracundum*.
46. Severus magister, non crudelis, summus
est medicus. *Lib. 2 de Claustro animae*, cap. 21.
47. Magister debet esse eruditus, mitis, dili-
gens, sollicitus. *Lib. 4 de Propriet. rer.* cap. 2.
48. Qui non novit esse discipulus, nescit esse
magister. *Super Ecclesiasten*, cap. xviii.
49. Miserum est eum fieri magistrum, qui nun-
quam fuit discipulus. Et hab. in *Decret. Gratiani*,
dist. 61, can. *Miserum*.
50. Hoc magistri optimi est officium, suo
exemplo docere quod precipit. *Homil. 20 su-
per 1 Cor.*
51. Hoc potissimum est preceptoris, non sta-
tim ulcisci: sed corrigere, cessareque, ac moram
nectere in penis. *Hom. 21, super II Cor: Oro ne
audax sim*.
52. Preceptorum virtus est, nihil honoris, ni-
hil gloriae a discipulis: sed salutem ipsorum

S. GREG.
NAZ.

S. HIERON.

S. LEO I.

S. RULUS.

PETERUS
BLESSENS.

S. BEMIGIUS.

S. THEODOR.

HUGO A.
S. VICTORIS.

HUGO CARD.

S. INNOC. III.

SENECA.

S. JOHANNES
CHRYSOST.

- querere. Ita ut qui non istud, sed gloriam suam
quirit, non jam preceptor, sed tyrannus sit.
Serm. 8 super Epist. ad Ephes.
53. Afferit non modicum ad virtutis studia in-
crementum, assidua magistrorum cura. *Lib. 6
de Sacerd.*
54. Noli querere magister fieri si virtutem
magisterii a te alienam esse consideras: verum
et si traharis, inde resillire contende. *Hom. 2
super Epist. ad Titum.*
55. Discipulatus securus est; magisterium au-
tem periculis plenum: nihil enim in magisterio
est sine dolore et sollicitudine. *Lib. 2 de Tent.
relig.*
56. Esto non solum magister, sed et imitator
virtutis: non enim satis est laudare quod dicis,
nisi dictis facta conjunxeris. *Prosecc.*
57. Cum enim doces, cum erudis, cum instruis,
noli verborum obscuritate uti: ita die, ut intelli-
garis; nec simplicibus displiceas, nec prudentes
offendas.
58. Sic alios instrue, ut te custodias: sic doce,
ut humilitatis gratiam non amittas: et cave, ne
dum alios docendo erigis, ipse laudis appetitu
demergaris. *Lib. 2 de Synonym.*, cap. 14.
59. Per disciplinam nomen accipe magistri,
Ibid., cap. 15.
60. Ubi Deus magister est, quam cito dicitur
quod docetur: non est adhibenda interpretatio ad
audiendum, non consuetudo ad usum, non tempus
ad studium. *Serm. 1 Pontic.*
61. Preceptoris oculus, tacita doctrina est. *Hab.
apud D. Joan. Damasc.* lib. 2 *Parall.*, cap. 25.
62. Nullus magister fidelior aut efficacior est,
quam qui probavit per experientiam, quod im-
peritur aliis per doctrinam. *Epist. 75, ad Roge-
rianum Decan.*
63. Honor magistrorum, numerositas est audi-
torum. *Super Epist. ad Rom.*, cap. 11, can. 13.
64. Magister ille est laude dignus, qui sequitur
regulam divinarum eloquiorum. *Super II ad Ti-
moth.*, cap. II.
- SENTENTIA PAGANORUM.
65. Imbecillioribus ingenii necessarium est ali-
quem preire, ut dicat: Hoc vitabis. *Epist. 94.*
Vide etiam tit. *Discipulus*, fere per totum;
Electio, sent. 43; *Error*, sent. 59; *Reverentia*,
sent. 12, 14; *Seductio*, sent. 43.
- MAGISTRATUS.
- Definitio. Magistratus est homo in dignitate aliqua
civilii constitutus, reipublicae administratio-
nem fideliter gerens.

- Quis est magistratus nisi penes quem omnis po-
testas est, et qui pleni et perfecti temporis su-
blimem sibi vindicet dignitatem. *Lib. 7 super
Luc.* cap. xii, in illud: *Dum vadis ad magis-
tratus*.
- SENTENTIA PATRUM.
4. Magistratus estimare se debent gerere per-
sonam civitatis. *Part. 4, tit. 4, de Temperantia*,
cap. 10, § 1.
5. Voluptatis vitium in magistratu totam poli-
tiam submittit ruinae, quia dum rector voluptati-
bus intendit, a cura reipublicae excors remittitur,
et exemplo ejus subditi licentiam ad vitia incli-
nantur. *Part. 4, tit. 1, de Justitia*, cap. 4, § 2.
6. Necessaria est recta conscientia, et vitiorum
odium magistratibus. *Part. 4, tit. 11, cap. 4, § 2.*
7. Si populus sit bene moderatus et gravis,
communisque utilitatis diligentissimus custos,
recte lex fertur, qua huic ipsi populo liceat creare
sibi magistratus, per quos sua res, id est, publica,
administretur. *Lib. 1 de Libero arbitrio*, cap. 6.
8. Senatoribus foveus diffamia est. *De Quest.
Vet. et Novi Testament.*, quest. 102.
9. Locus superior, sine quo regi populus non
potest, etsi ita teneatur atque administretur ut
deceat, tamen indecenter appetitur. *Lib. 19 de
Civit. Dei*, cap. 10.
10. Magistratus rempublicam gerens terrenam,
cor sursum habet, si Christianus est, si fidelis est,
si pius est, si contentans in quibus est, et sperat
in quibus nondum est. *Super Psalm.* li, sub fin.
Prolationis.
11. Fideles et boni magistratus in civitatibus
suis iudices sunt, et duces sunt, et comites sunt,
et reges sunt. *Super Psalm.* lxxi.
12. Absurdum est eum, qui intus a meretricibus
dominio detinetur, publice civitatis esse prefec-
tum. *Prosecc.*
13. Domesticae res bene administrare oportet,
atque ea que intus sunt bono ordine disponere,
et ita in alios assumere ac gerere magistratum.
Hom. 40 in Heram.
14. Qualis rector est civitatis, tales inhabitantes.
In suis *Proserb.*, verbo *Qualis*.
15. Vis ea est magistratibus, ut utentium men-
tibus virtutes inserant, vitia depellant. *Lib. 3
de Consolat. philos.* prosa. 4.
16. Magistratura magna olim potestas, nunc
inane nomen est, et senatoris census gravis sar-
cina. *Ibid.*
17. Qui in magistratu est constitutus, non se-
cus ac Moyses, praeiit ad salutem eorum, in quos
obtinuit imperium: honore quidem eorum, qui
sunt optimi ac praestantissimi: supplicio autem
improborum, quod non convenienter rationi

S. AMBROS.

S. ANTONIUS

S. AUGUST.

S. BASILIUS
MAGNUS.

V. BEDA.

BOETIUS.

S. GLEMENS
ALEX.

S. CYPRIAN.

adscriptum est ad disciplinam. Lib. 7 *Stromat.*
15. Quos honores putas esse, quos fasces in magistratu, quam purpura speciem, in principatu licentia potestatem? *Epist. 2, ad Donat., cap. 8.*

FRANCISCUS
TITELMAN.

16. O in populo Christi consuetudo corruptissima, quae magistratus solam generis nobilitatem considerans, neque morum integritatem, neque sapientiae claritatem requirit! *Prosec.*

17. Una carnis (quam vocant et fingunt) nobilitas, etiam invidiosos et improbos homines ad omnem administrationem et civilem et ecclesiasticam, hodie, pro pudor! facit idoneos. In *Annot., super cap. xv Job.*

GLOSS. ORD.

18. Nisi magistratus ac subditi philosophantur, certum est non fore fortunatas civitates. Super *Esther, cap. vi.*

S. GREGOR.
MAGNUS.

19. Magistratus plerique inordinatum sibi momentum a subditis exigunt, et non tam propter Dominum, quam pro Domino venerari volunt. Lib. 24 *Moral.* cap. 14.

20. Qui est in magistratu, honore supresso, qualem se subditis bene viventibus putet, et erga perverfos jura rectitudinis exercere non formidet. Part. 2 *Pastor.* cap. 6.

S. GREG. NYS

21. Magistratus imperium atque potestas, plerumque superbiae materiam et occasionem praebet. *Orat. 1 de Beatitudine.*

22. Gravis est magistratus quidem iis, qui ejus reguntur imperio: sceleratis autem et iniquis, etiam habetur odio. *Adversus eos, qui nolant reprehendi.*

HEGO CARD.

23. Magistratus superbi et potentes, vilium in judicio Dei tractabuntur, quam ceteri a demonibus, et quasi lutum conculcabuntur. Super *Isa. cap. xli.*

S. JOANNES
CHRYSOST.

24. Qui affectant dignitatem magistratus, mirum ut glorificentur et honorentur apud homines, perduntur apud Deum. Hom. 3 super *Acta Apost.*

25. Magistratus velut miles armatus, delinquentibus terribilis praeficitur. *Serm. 23 super Epist. ad Rom.*

26. In maximis populo beneficii magistratus, dum et pacem et administrationem politicam procurat. *Ibid.*

27. Innumera bona civitatibus per magistratus proveniunt, quae si sustuleris, omnia simul pessum ibunt. *Ibid.*

28. Multa beneficia per magistratum urbibus exhibentur: ut pote ordinata disciplina, pacifico convictu reliquisque ministeriis, ut sunt militum, eorumque qui communia, quae ad rempublicam pertinent, administrantur. *Ibid.*

29. Magistratibus honor debetur et timor. *Ibid.*

30. Doles magistratum videns, cum tu sis privatus: cogita ante eum quot metus, quot pericula, quot adulationes, quot vigilias, quot generis omnis miseria. Homil. 38 super *I Cor.*

31. Nihil ita clarum facit gerentem magistratum, sicut dilectionis studium erga subditos. Hom. 15 super *II Cor.*

32. E magistratu non est, qui plus pecunia dederit, sed qui maximas virtutes declaraverit. *Ibid.*

33. E magistratu non est, qui quasi ad humanam gloriam, et ad suam quietem: sed quasi ad labores et sudores, et ad multorum utilitatem ad magistratum ascendit ordinatus. *Ibid.*

34. Malum est, ubi nullus est magistratus, et multarum cladum haec res existit occasio, et confusionis turbationumque principium, subversionis denique hoc argumentum est. Hom. 34 super *Epist. ad Hebr.*

35. Magistratus non jam sunt animi virtutis demonstrationes, pecuniam enim sunt venales, et amicum vendicantur assentationibus. Hom. 16 ad *Popul. Antioch.*

36. In magistratu positus nihil magis laboriosum, quam aliena curare necessitates affirmat. *Ibid., hom. 67.*

37. Mundani magistratus nequaquam possunt christianorum demonstrare virtutes, quin potius frequenter habent accusationem malitiae. In *orat. de S. Philogonio.*

38. Multi sunt, qui ad gerendos magistratus omnem vitae suae operam curamque convertunt, ut potestate domini dici possint. Lib. 6 de *Div. inst.* cap. 4.

39. Inopudentissimum esse arbitror, quempiam seculares magistratus praebis mendicare. De *Perf. gradibus, cap. 8.*

40. Qualis rector est civitatis, tales et inhabitantes in ea. Lib. 8, *epist. 2, ad Cinthium praefect.*

41. Seniores ad magistratus legitimos gerendos vocari mos est. De *Agricultura.*

42. Quid civitas, si destituitur magistratibus? Nunc carens magistratibus civitas illa malis opprimetur maximis? Lib. *De eo quod deterius.*

43. Olim pauperes magistratus opulentem rempublicam habebant: nunc autem dives potestas pauperem facit esse rempublicam. *Prosec.*

44. Tales magistratus veteres Romani sic tunc contemebant divitias, nescientes Deum, sicut nunc spernunt sequentes Dominum. Lib. 1 de *Gubern. Dei.*

45. Virtutis non divitiarum, ut nunc assolet, imita ratione, magistratum delectos habebat. De *Regno ad Arcadium imperat.*

46. Magistratus praedivite multo magis est el-

gendus est, qui regendorum hominum peritia valet. *Prosec.*

47. Quid enim si quis ex hoc ipso quod improbus esset, divitias congesti, num ab eo aequum est magistratum geri, nec ab eo qui sit quidem pauper, sed legum tamen justitiaeque cultor, qui ob ipsum quod justus est, paupertate laborans, pudore non afficitur?

48. Atqui ille sane quomodocumque dives magistratum pecuniam mercatus, cujusmodi sit aequi distributor idoneus nesciat. *Ibid.*

S. THEOPHOR.

49. Qui in magistratu sunt constituti, non suis commodis, sed utilitati subditorum inservire debent. *Quaest. 17 super Jesum Nave.*

50. Everso regno, necesse est etiam magistratus, qui sub eo degunt, commutari. *Sect. 12 super Eszech.*

51. Multa mala conciliat, nullum habere magistratum. *Super Judic.*

52. Magistratum gubernationem tanquam pharmacum quoddam depulsorium peccati, ulceribus rerum Creator imposuit. *Serm. 7, de Provident.*

THEOPHILA.

53. Plurimum prosunt republicae magistratus; per ipsos enim hominum vita consistit: qui nisi essent, jam olim omnia periissent, potentioribus imbecilliores devorantibus. *Super Epist. ad Rom., cap. xiii, in illud: Necesse est subditos esse.*

SENTENTIA PAGANORUM.

ARISTOTEL.

54. Magistratus custos est justus: quod si justus, et aequus, quia alii non sibi ipsi laborat. Lib. 5 *Ethic. ad Nicomach., cap. 6.*

55. Oportet et volentem et non volentem ad magistratum assumere, si dignus sit eo magistratu. Lib. 2 *Politic., cap. 7.*

56. Nemo magistratum petet, nisi honoris sit assessor: atque pleraque eorum, quae homines iniuste faciunt, per ambitionem et avaritiam committuntur. *Ibid.*

57. Carthaginienses non solum optimos, verum etiam ditissimos censent in magistratibus esse ponendos, quasi impossibile sit, qui egenus existat, eum bene magistratum gerere. *Ibid., cap. 9.*

58. Si inspicere oportet ad opes gratia quietis, pravum est maximos magistratus esse venales. *Ibid.*

59. Oportet eos, qui possunt optime gerere magistratum, assumere ad magistratum. *Ibid.*

60. Pravum videri potest, plures magistratus ab uno homine geri: unicum enim ab uno optime peritior opus. *Ibid.*

61. Dicitur studiosum in magistratu, bonum esse atque prudentem. *Ibid., lib., 3, cap. 3.*

62. Istis, qui neque opes habent, neque vir-

tutis ullam estimationem, permittere magnos magistratus, nequaquam est tutum. Lib. 5 *Ethic., cap. 7.*

63. Civitas absque magistratibus esse non potest; necessarium igitur est esse quosdam qui magistratus gerere valeant, et hoc minus sufferre, vel perpetuo, vel ad tempus. *Ibid., lib. 4.*

64. Magistratus constituendus est quidam, qui sit quasi in specula ad mores civium intendens, ne quis ita vivat, ut republicae nocere possit. *Ibid., lib. 5, cap. 8.*

65. Maximum illud est in omni republica, et omni diligentia constituendum, ne ex magistratibus lucra proveniant. *Ibid.*

66. Tria debent habere illi, qui magistratus sunt suscepturi: primum, ut ament presentem civitatis statum; secundum, ut habeant potentiam maximam ad ea exequenda, quae magistratus requirit; tertium, ut habeant virtutem et justitiam. *Ibid., cap. 6.*

67. Senatus officium est, consilio civitatem juvare: magistratus officium est, opera et diligentia consequi voluntatem senatus. Lib. 4 de *Arte rhetor. ad Herenn.*

68. Magistratus legum sunt ministri, legum interpretes, legum iudices, legum denique servi, ut possint esse liberi. *Orat. pro Cluentio.*

69. Sudandum est iis, qui magistratum gerunt, pro communibus commodis. *Orat. 32, pro Sextio.*

70. Sicut magistratibus leges, ita populo praesunt magistratus: vereque dici potest magistratum legem esse loquentem, legem autem mutuum magistratum. Lib. 3 de *Legibus.*

71. Magistratibus opus est, sine quorum prudentia ac diligentia esse civitas non potest. *Ibid.*

72. Magistratus nec obedientem et noxium civem mulcta, vinculis, verberibusque coercent. *Ibid.*

73. Proprium munus magistratus est, intelligere se gerere personam civitatis, debereque ejus dignitatem et decus sustinere, leges servare, jura distribuere, eaque fidei suae commissa meminisse. Lib. 1 *Offic.*

74. Vere verum germanumque magistratum non ita esse comparatum putes, ut propriam utilitatem perspicias, sed ut subiecti sui emolumentum quaerat. *Prosec.*

75. Quocirca quicumque id prudenter cognoscit, potius malit alium quempiam in magistratu constitutum sibi prodesse, quam ut dum ipse alienam utilitatem studet promovere, negotium sibi facessat. Lib. 1 de *Repub.*

76. Omni ratione providendum est, ne summorum magistratum socii, quibus id tributum est

CICERO.

PLATO.

- muneris, ut magistratus adjuvent, idem agunt adversus cives, nec quom nimirum virtibus et auctoritate superant, ne cum benigni socii esse debeant, immanibus et feris dominis assimilentur. *Ibid.*, lib. 3.
- PLATO. 77. Magistratus ut pastores sunt civitatis. *Ibid.*, lib. 4.
78. Magistratus legum sunt ministri. Lib. 4 *de Legibus*.
- SENeca. 79. Quidquid peccavit in magistratum aliquis, majestatem laedit. Lib. 4 *Controvers.* controv., 25.
80. Lex a sexagesimo anno senatorem non citat. *De Brevit. vite*, cap. 2.
- Vide etiam tit. *Civitas*, sent. 85; *Pecunia*, sent. 138; *Reddere rationem*, sent. 43; *Respublica*, sent. 30; *Vinum*, sent. 116.

MAGNANIMITAS.

- COLLECTOR. *Etymologia*. Magnanimitas dicitur, quasi magna animositas : et magnanimus, quasi magnus animus.
- S. THOMAS AQUINAS. Magnanimus non est μεγαλάνους, id est, pro parvis periclitans : sed μεγαλοκρίδους, id est, pro magnis periculis periclitans. 2. 2. quæst. 129, art. 5.
- S. ANTON. *Definitio*. Magnanimitas est appetitus ordinatus magni honoris. Part. 2, tit. 3, cap. 5, § 1.
- S. BONAV. Magnanimitas est difficilem spontanea, et rationabilis aggressio. Part. 3 *Centilogui*, sect. 43.
- Magnanimus est, qui ad universa sustinenda patiens est, et qui nullis passionibus perturbatur. Lib. 2 *de Prospectu religiosar.*, cap. 31.
- HUGO A S. VICTORE. Magnanimitas est generosa quedam excellentia animi, res difficiles et ardua pulehre et fortiter administrantis. *De Fruct. carnis et spirit.*, cap. 1.
- JOAN. GERS. Magnanimitas est fortitudo, qua inclinatur habens eam tendere in bonum aliquod sub ratione arduitatis et excellentis apprehensionem. Part. 4, in *Descript. terminor.*, cap. *Fortitudo*.
- S. THOMAS AQUINAS. Magnanimitas est circa honores, ut scilicet studeat facere ea, quæ sunt honore digna. 2. 2. quæst. 129, art. 1.
- Magnanimitas est quedam extensio animi ad magna. *Ibid.*
- PLATO. Magnanimitas est usus prudens eorum que contingunt magnificentia animæ cum ratione. *De Definit.*
- SENTENTIE PATRUM.
- S. ANTON. 1. Magnanimus magis curat veritatem, quam opinionem. Part. 2, tit. 4, cap. 1, § 3.
2. Magnanimus non est contentiosus, quia nihil æstimat magnum : nullus enim contendit, nisi pro re, quam æstimat magnam. *Ibid.*
3. Injuria magnanimus debet parvipendere, et

a memoria repellere, tunc in mente sua quietus erit. Part. 4, tit. 3, cap. 7, § 15.

4. Virilis animi est et preclaræ mentis, deicere a cervicibus inimicum pondus. Serm. 1, *Vigil. Pentecostes*.

5. Dilectio magnanimum facit. Serm. 1 *Dom. Rogat.*

6. Magni et excelsi animi virtutis species sunt, tolerantia, ingens spiritus, magnitudo animi, et liberalitas. Lib. 7 *Stromat.*

7. Quisquis magnanimus est, a livore alienus est. *De Zelo et livore*, cap. 4.

8. Respicere inopem, exaudire precem, largiri stipem, præbere defensionem, atque pro ejusdem defensione pauperis, adversantis cujuslibet inimicitias non timere, magna mentis latitudo est. Homil. 12 super *Ezech.*, super illud : *Et mensus est portam*.

9. Magnus est, qui victrix magna : ingentis virtutis est, ingentia superare. Epist. 6, ad *Amicum*.

10. Magnanimitas virtus est, quæ omnia probe dispensare facit, affectioni non servit, et nihil putat esse pecunias : quia qui insuavi ubi opus est pecuniam, magnanimus est. Hom. 48 super *Acta Apost.*

11. Ille magnanimus est, qui vere est humilis, non adulator, non contemptor. Hom. 1 super *I Cor.*

12. Is excelsi animi est, qui pecuniis et gloria et nulla ejusmodi re indiget : sed qui ea omnia contemnit, et in seipso suam servat magnanimitatem. *Ibid.*

13. Quemadmodum tuba clare insonante, locus undique vicinus completur, ita clara magnanimitatis fama ejusque viri. Hom. 2 super *I ad Thessal.*

14. Magnanimus illum esse denuntio, qui renuntiat seculo, carnis lenocinia calcat, perfectionis arcem conscendere nititur. Serm. de *S. Hugone*.

15. Stat magnanimus, imperterritus corde, desiderio accensus, lentus animo, fida fundatus, spei consolatione repletus, virtutumque protectione. *Ibid.*

16. Magnanimitas in pauperes, paucorum est. Serm. 3, de *Johan. septimi mensis*.

17. Hæc est laudanda magnanimitas, quæ prosperis non extollitur, nec fragitur adversa : sed in omni eventu permanens eadem, sufficit ipsa sibi. Epist. 177, ad *Reginam quandam*.

18. In desperatis rebus gloriosum est fortiter agere. *Opusc.* 48, cap. 4.

19. Qui magnanimus est, nisi philosophia beneficio intra virtutis limites coercetur (si pahu-

S. AUGUST.

S. THOMAS AQUINAS.

CLEMENS ALEX.

S. CYPRIAN.

S. GREGOR. MAGNUS.

S. HIERON.

S. JOANNES CHRYSOST.

S. LAURENT. JUSTIN.

S. EEO I.

PETR. BLES.

S. PETR. D.

S. SYNESIOS EPISCOPOS.

- lum prodierit) pro magnanimo arrogans fiet, et mente depravatus. *De Regno ad Arcadium imperat.*
20. Magnanimitas non potest esse, nisi aliis virtutibus præ-existentibus, unde est quasi ornatus eorum. 1. 2. quæst. 66, art. 4.
21. Pro his que vere sunt magna, magnanimus promplissime se periculis exponit; quia operatur magnum in actu fortitudinis. 2. 2. quæst. 129, art. 5.
- SENTENTIE PAGANORUM.
22. Qui generosus est atque magnanimus, multas ac magnas adversitates facile perfert. Lib. 1 *Ethic. ad Nicomach.*, cap. 10.
23. Magnanimus is est, qui magnis est dignus : magnanimitas enim in magnitudine consistit. *Ibid.*, lib. 4, cap. 3.
24. Eum, qui vere magni est animi, bonum esse oportet : magnanimus si non sit bonus, ridiculus omnino videbitur, nec etiam dignus erit honore. *Ibid.*
25. Magnanimi videbitur id esse, quod est in unaquaque virtute magnum : nulloque modo convenit magnanimo pericula fugere ob timorem, aut injuriam facere. *Ibid.*
26. Videtur ipsa magnitudo animo tanquam ornamentum quoddam esse virtutum : nam majores efficit ipsas, sine illis ipsa non fit : quamborem difficile est vere magnanimum esse; non enim esse potest, si non omnis prohibitas adit. *Ibid.*
27. Est magnanimi non audire ea, que afficiunt honore, et ubi alii primas occupant partes, et otiosum esse ac tardum, nisi ubi magnus est honos, vel opus, et pauca quidem agendas res aggredi, magnas autem et præclaras. *Ibid.*
28. Nihil apud magnanimum est magnum, nec est sibi mali memor illati : non est enim magnanimum meminisse, sed potius despiciere mala. *Ibid.*
29. Inter cæteras virtutes, magnanimitas omninet : quare peculiari vocabulo hoc præditus, magnanimum appellatur. Lib. 3 *Ethic. ad Eudomium*.
30. Magnanimus vir nec morens, nec timens, nec cupiens, nec gestiens est. Lib. 4 *Tuscul. quæst.*
31. Viri fortes et magnanimos, eosdem bonos et simplices, veritatis amicos, minimeque fallaces esse volumus. Lib. 1 *de Officiis*.
32. Ad magnanimum pertinet, nulli neque homini, neque perturbationi animi, neque fortune succumbere. *Ibid.*
33. Fortis animi et constantis est, non perturbari in rebus asperis, nec tumultantem de gradu dejici, sed presentis animo uti et consilio. Lib. 1 *de Offic.*

34. Magnitudo animi remota justitia, humanaque comitate, feritas quadam fit et immanitas. *Ibid.*

35. Decet magnanimitas quemlibet mortalem. *SENeca. Lib. 4 de Clement., ad Neroneum*, cap. 5.

36. Magni animi est proprium, placidum esse tranquillumque, et injurias atque offensiones semper despiciere. *Ibid.*

37. Nihil æque hominem, quam magnus animus decet. Lib. 2, *de Clement., ad Neroneum*, cap. 5.

38. Generosos animos labor nutrit. Epist. 34.

39. Magni animi est, magna contemneret, ne mediocria malle, quam nitia : illa enim utilia sunt, at hæc (eo quod superfluum) nocent. Epist. 39.

40. Perit magnanimitas, que non potest eminare; nisi omnia velut minuta contempserit, que pro maximis vniuersi optat. Epist. 74.

41. Magnanimos nos natura produxit, et ut quibusdam animalibus ferum dedit, quibusdam subdolum, quibusdamavidum : ita nobis gloriosissime, non ubi talissime vivat, simillimum mundo. Epist. 124.

42. Nihil non magnanimo magnum est, quæstis. Epist. 74.

43. Quis generosus? ad virtutem bene a natura compositus. Epist. 44.

44. Magnanimitas si insit animo tuo, cum magna fiducia, vires liber, intrepidus, alacer. *De Quatuor virt.*

45. Magnanimi hominis bonum est, non vacillare, constare sibi, et finem vite intrepidus expectare. *Ibid.*

46. Eris magnanimus, si pericula nec appetas ut temerarius, nec formides ut timidus. *Ibid.*

47. Magnanimus esse stude. *Sent.* 112.

MAGNUS, MAGNIFICENTIA.

- Definitio*. Magnus est, qui in omni opere virtutis eligit quod perfectius est. Super *Lament. Hierem.*, cap. 1.
- Magnificenta est decus, et ornamentum divinarum humanarumque omnium virtutum. *Ibid.*
- Magnificenta est difficilem et præclarorum consummatio. Part. 3 *Centilogui*, sect. 43.
- Magnificenta est virtus factiva magnorum. 2. 2. quæst. 134, art. 2.

SENTENTIE PATRUM.

1. Quanto quis major est in bonis exterioribus, tanto est instabilior, nisi sustineatur. Part. 2, tit. 8, *de Iudicia*, cap. 5, § 3.
2. Non participatio magnitudinis Deus magnus est, sed seipso magno magnus est, quia ipse sua est magnitudo. Lib. 5 *de Trin.*, cap. 10.

SENeca.

SENeca.

SENeca.

SENeca.

SENeca.

SENeca.

SENeca.

SENeca.

SENeca.

SENeca.

3. AUGUST. 3. Non erit magnus se magnum putans. *de Virginti et una sent.*, sent. 20.
4. Hec virum magnum faciunt, domi industria, foris iustam imperium, animus in consulendo liber, neque libidini, neque delicto obnoxius. Lib. 5 *de Civitate Dei*, cap. 42.
5. Tunc semper in Deo magni esse poterimus, si semper parvuli simus. Super *Psalm.* LXII.
6. Nemo se dicat magnum, quia Deus solus est magnum. Super *Psalm.* LXXXV.
7. Magnus esse vis? a minimo incipe. *Prosec.*
8. Cogitas magnam fabricam construere celsitudinis? de fundamento prius cogita humilitatis; et quantum quisque vult et disponit superimponere molem aedificii: quanto erit majus aedificium, tanto altius fodit fundamentum. *Serm.* 10 *de Verbis Dom.*
9. Sepe qui major est ætate, major est iniquitate. *Ibid.*, *serm.* 36.
10. Esto parvus in oculis tuis, ut sis magnus in oculis Dei. *Serm.* 70 *ad Fratres in eremo.*
11. Maxima res cum a parvis quaeruntur, magno eos solent efficere. Lib. 1 *contra Academicos*, cap. 2.
12. Magnorum est libertas. Lib. 4 *de Musica*, cap. 6.
13. Non mole, sed virtute magnus est Deus. *Epist.* 3.
14. Deus in minimis suis operibus magnus est. Lib. 9 *de Genesi ad litteram*, cap. 10.
15. Deus ita magnus est in operibus magnis, ut minor non sit in minimis. Lib. 21 *contra Faust.*, cap. 5.
16. Loquitur parvulus parvus, sed ipse ita parvus, ut et magnus: nos autem parvi, sed in illo magni. *Tract.* 24 super *Joan.*
- V. BEDA. 17. Nil magnum in rebus humanis, nisi animus magna despicens. In suis *Proserb.*, verbo Nil.
- S. BERNARD. 18. Magna et rara virtus profecto est, ut magna licet operantem, magnum te nescias, et manifestam omnibus tuam te solum latere sanctitatem. *Serm.* 13 super *Cant.*
19. Magni magna audent, quoniam magni sunt: et quæ audent, obtinent. *Ibid.*, *serm.* 32.
20. Quidni erubescas minimus inveniri in magnis, qui te recordaris magnum in minimis extitisse? Lib. 2 *de Consid.* ad *Eugen. papam.*
21. Quid si summus Pontifex sis? Numquid quia summus Pontifex, ideo summus? Infimum noris esse, si summum putas... Niti te ad summum velim, non putare summum, aut velle putari antequam sis. *Ibid.*
22. Arbitratur se non esse minoribus occupandum, qui se ad majora sentit idoneum. *De Duodecim gradibus, humilit.* grad. 7.

23. Qui sibi vilis est, ante Deum magnus est. *Serm.* 39 *ad Sororem.*
24. Minorem major precedit sicut honore, ita et crimine. Lib. 3 *Pharetra*, cap. 24.
25. Nihil magnum præter animum magnum, nec tibi magno aliquid est magnum. *De septem donis Spiritus sancti in specie. De dono fortitudinis*, cap. 3.
26. Magnus non dicitur, nisi qui summam potestatis arcem tenere monstratur. Super *Psalm.* XLIV.
27. Nihil est magnum re, quod parvum est tempore. In *Epist. Parenetica ad Valerian.*
28. Magnus plane est ille, qui nunquam titubatur in fide, et passionibus animi nullis turbatur. *Serm.* 43, super *Cant.* Habet. apud D. Bernardum.
29. Magnus est, qui magna: parvus, non minimus, qui saltem potest consequi medicoria. Super *Levit.*, cap. 3.
30. Qui se magnum jactat, similis est diabolo. Super *Ecclesiasten*, cap. IX.
31. Multi minimi dum congregantur unanimes, fiunt magni. Super *Epist. ad Rom.*, cap. XV.
32. Quisquis apud se magnum æstimat, aditum sibi Dei accessus angustat. Lib. 17 *Moral.*, cap. 17.
33. Magnus mihi fuisti, quia despectus tibi: sed nunc quia magnus tibi es, factus es despectus mihi. *Ibid.*, lib. 18, cap. 20.
34. Magnus est, qui æterna concupiscit: parvulus, qui terrena diligit. *Ibid.*, lib. 5, cap. 32.
35. Dum arrogantes magna, et spiritualia agunt, in oculis suis magni sunt. *Prosec.*
36. Magni sunt merito humiles æstimatione, quia semper magna agunt; sed in eisdem magnis, se magnos nunquam aspiciunt. Lib. 4 in 1 *Reg.*, cap. 4.
37. Tanto major efficeris, quanto te aspernaris et stulti vocabuli usurpatione restringis. Lib. 4, in *Registro*, ind. 43, cap. 82, *epist.* 38, ad *Joan. epis.* *Constantinop.*
38. Qui bonis studiis compulsus est, iudicio magnum est, non favore. *Ibid.*, lib. 8, *indict.* 3, cap. 37, *epist.* 37, ad *Innocent. episcop.*
39. Ante Deum ille magnus per meritum nascitur, qui ei perfecte subjicitur in preceptis. Lib. 2 in 1 *Reg.* cap. 4.
40. Sciunt inter magna, quæ ostendunt magni per jactantiam non apparere. *Ibid.*, lib. 4, cap. 4, super illud *Exod.* xxxiii: *Ostende mihi faciem tuam.*
41. Qui magni sunt meritis, parvi sint per humilitatem. *Ibid.* super illud: *Cumque aspexisset Samuel Saul.*
42. Hoc proprium magnorum virorum est, ut a minimis difficile cognoscantur. *Ibid.*, super illud: *Ubi est domus videns?*

- S. HIERON. 43. Magnus est, qui vicierit magna: ingentis virtutis est, ingentia superare. *Epist.* 5, ad *Amicum.*
- S. BONAV. 44. Ecce sacerdos magnus. Magnus officio, magnus merito, magnus præmio, magnus suffragio; magnus officio, quia episcopus; magnus merito, quia dignus celo; magnus præmio, quia beatus; magnus suffragio, quia noster patronus. *Serm.* 49 *de Divers.*
- CASSIODOR. 45. Magnus unusquisque esse student, sed tamen aliquo modo se esse nesciat, ne dum sibi magnitudinem arroganter tribuit, amittat. Super *Genes.*, cap. 11.
- S. EUGEN. 46. Magnum facit Deus hominem in natura, majorem in gratia, maximum in gloria. *Prosecutio.*
- GILLEBERT. ANGLUS. 47. Sed qui non fuerit minimus reputatione sui, non fiet maximus coram Dei majestate. Super *Job*, cap. VII.
- GLOS. ORD. 48. Quanto major es, tanto magis submitte te ipsum. *Homil.* 4 *de Verbis Isaie.*
- GLOSS. INT. 49. Si voluerimus magni ac mirabiles videri; non modo non tales erimus, verum etiam ceteris omnibus abjectiores futuri sumus. *Hom.* 66 super *Matth. Oper. perfect.*
- S. JOANNES CHRYSOST. 50. Si magnus vis fore, hæc ipsa contemne, et eris profecto magnus: illud enim quod tu maximum putas, minimum omnium est. *Ibid.*
51. Consideremus magnum eum esse hominem, qui eum omnium minimus sit, minimum quoque se putat. *Ibid.*
52. Qui apud nos magnus est, etiamsi nemo ipsum hujusmodi esse dicat, vere tamen magnus est. *Ibid.*
53. Non qui major fuerit, ille est justior: sed qui justior fuerit, ille est major. *Hom.* 35 super *Matth. Oper. imperj.*
54. Sancti sibi invicem sunt ita subjecti, ut minor majori non invidet, quasi majori; sed libenter ei obsequatur, quasi sibi servienti in eo ipso quod major est, et major non contemnat minorem, qui major est. *Ibid.*
55. Nihil in hac vita magnum, nisi prius omni animi perturbacione amota, adipisci possumus. *Prolog.* super *Joan.*
56. Omnia que vulgo videntur esse magnifica, mihi facta sunt mortua. Super *Epist. ad Galat.*, cap. VI.
57. Magnus in Deo dicitur, non relative ad aliquid, sed absolute omnino dicitur, magnum post quem magnum rite nemo dicitur. *Hom.* super *Epist. ad Tit.*
58. Vere magnus parvulo se inferiorem existimat esse, et ita major efficitur. *Hom.* 58 ad *Popul. Antioch.*
59. Qui vere magnus est, nihil de se magni sentit, aut loquitur, sed omnium se ultimum judicat: hoc vere magnum et mirabile est. Lib. 2 *de Compunct. cordis.*
60. Magnus ille quidem est, qui nihil quod factu possibile fuerit, facere omisit: major autem, qui per humilitatem etiam que ultra vires sunt agere conatur. *Grad.* 26.
61. Quæ magna sunt, magno egent studio, cura, sollicitudine, vigiliis et labore. *Serm.* coram *Papa Benedict.*
- S. JOAN. CL. 62. Etsi aliquid es, nisi tanto te humiliter, quanto magnus es, perdes omnino quod es. *De Conflict. vitior. et virt.*
- S. ISIDORUS HISPAL. 63. Ille vere erit magnus, qui fuerit totius ambitionis alienus. *Epist.* 55, ad *Pulcheriam august.*
- S. LEO I. 64. Etiamsi magna sint, et magna esse scias ea, quæ cœlitus, percipis, nunquam tamen magnus tibi videaris. Lib. 1 *Enchirid. parvulor.* document. 12.
- LUDOV. BL. 65. Magnos se reputant, qui aut parvi, aut omnino nulli sunt: quare te apud te majorem reputas, quam hominum reputet communis opinio? pondera te ipsum secretis, nec te majorem vendas, quam te libra veritatis appendit. *Epist.* 3, ad *Quendam nobilem.*
- PETR. BLES. 66. Cave ne magnificentia cordis tui, tibi occasio sit ruine. *Ibid.*, *epist.* 21, ad *Quendam canonic.*
- S. PROSPER. 67. Hypocrite magni student videri, non fieri. Lib. 2 *de Vita contemplat.*, cap. 4.
- THOMAS A KEMPIS. 68. Vere magnus est, qui magnam habet elationem: vere magnus est, qui in se parvus est, et pro nihilo omne culmen honoris ducit. Lib. 1 *de Imit. Chr.*, cap. 3, *sect.* 6.
69. Si vis magnus esse in celo, esto parvus in mundo. In *Hortulo rosar.*, cap. 9, *sect.* 2.
- S. THOMAS A VILLAS. 70. Non magnum est, quod aliquis coram mundo magnum sit: sed qui coram Domino magnum dici poterit, hic magnus est. *Conc.* 4, *de S. Joan. Bapt.*
71. Nihil est magnum, nisi quod ipse Dominus magnum voluerit reputare. *Ibid.*
72. Magnus est quisquis aliqua virtute magnus est: sed maximus est, quisquis optima virtute magnus est. *Conc.* *de S. Maria Magdal.*
- SENTENTIE PAGANORUM. 73. Nemo vir magnus, sine aliquo afflato divino unquam fuit. Lib. 2 *de Natura Deor.*
- CICERO. 74. Quid videtur ille magnum in rebus humanis, cui æternitas omnis, totiusque mundi nota fit magnitudo? Lib. 4 *Tusc. quest.*
- PLATO. 75. Si quis in rebus magnis præclare ac feliciter elaborare instituit, consentaneum est, ut prius

in parvis eas meditando se exercere, quam in illis magnis. In *Dialogo sophista*.

76. Nihil magnum aut mirum facere potest, qui maximis quibusdam sceleribus se contaminat. Lib. 2 de *Repab.*

PLIN. II. 77. Hoc tantum ceteris es major, quo melior. In *Panegy. de Trajano August.*

SENECA. 78. Magnus es vir; sed unde scio, si tibi fortuna non dat facultatem exhibendae virtutis. De *divina. Provid.*, cap. 4.

79. Multis rebus, non ex natura sua, sed ex humilitate nostra magnitudo est. Lib. 3 *Quaest. Praefat.*

80. Sapiens magnus est, quia magnum animum habet. Epist. 87.

81. Laxum spatium, res magna desiderat. Epist. 88.

82. Verus philosophus contentus est magnitudine sua: multi enim majores quam sint, videri volunt. Epist. 8.

83. Nihil non magnanimo magnum est, quia satis. Epist. 74.

84. Nihil aliud magnum in rebus humanis, nisi animus magna despiciens. De *Quatuor virtut.*

85. Nihil magnum, nisi magno animo despicias. De *Moribus*.

SEN. CITIENSIS PHILOS. 86. Non qui magnus, statim bonus est: sed quisquis bonus, idem et magnus est. In suis *Sententiis*, sentent. 1.

Vide etiam lib. *Conscientia*, sent. 44; *Divitiis*, sent. 45; *Gloria vana*, sent. 105; *Humilitas*, sent. 105, 106; *Tactantia*, sentent. 40; *Joannes*, sent. 24, 69; *Raritas*, sent. 41.

MALEDICTIO.

S. THOMAS AQUINAS. *Etymologia.* Maledicere est malum dicere: quod tripliciter contingit, scilicet, annuntiando, imperando et optando. Super *Epist. ad Rom.*, cap. 12, lect. 3.

S. BONAV. *Definitio.* Maledicere est alicui plagas, vel penas verbo optativo impetrari. In *Declarat. terminor. theologiae*.

S. THOMAS AQUINAS. Maledicere nihil est aliud, nisi de re aliqua ex malitia malum dicere. Super *Epist. ad Galat.*, cap. 3, lect. 4.

Maledicere nihil aliud est, quam malum alterius referre. 2. 2. *quest. 76*, art. 1.

PETR. DILES. *Divisio.* Duo sunt modi maledictionis: primus, consideratione justitiae; secundus, livore vindictae. Primus modus licitus est; secundus, prohibitus. Super *Job*, cap. III.

CIERO. *Differentia.* Aliud est maledicere, aliud accusare: accusatio crimen desiderat, maledictio autem nihil habet propositi praeter contumeliam. Orat. 34, *pro Caetio*.

1. Fovea alta est os malevoli, grande innocentie precipitium, sed majus malevolentiae: quia maledictus suis artibus precipitatur, unde nunquam evadat. Lib. 7, epist. 44, ad *Constantium*.

2. Quid pulchrius quam ridere, cum maledictur nobis? Lib. 2 de *Interpellat.*, cap. 3.

3. Tanta est humana fragilitas, ut ad sibilum unius verbi deiciatur. Part. 4, tit. 5, cap. 12, § 2.

4. Cum falsum quid maledico fingitur, aut omnino non creditur, aut certe integra salute sola fama vexatur. Epist. 15, ad *Hieronymum*.

5. Quicumque maledico aliquem laesit, meminerit satisfactione quanto citius curare quod fecit. In *Reg. 3 ad Clericos*.

6. Non ad maledicendum quemquam consuecamus linguam nostram, quas ad benedicendum et laudandum Deum creata est. De *Salutarib. docum.*, cap. 42.

7. Maledicere, hoc est malum dicere: sed maledictum aliter jaculatur cum contumelia coram illo qui maledicitur, et aliter cum absentis fama leditur. *Serm. Dom. in monte*, lib. 4.

8. Ilipeum viperum est, non habere in ore firmamentum veritatis, sed venenum maledictionis. Lib. 2 *contra Litteras Petilianas*, cap. 14.

9. Non qui maledictus fuerit justus est: sed qui justus est, et injusto maledicitur; et si injusto maledicitur, praemium illi redditur. Super *Psalum. cii*, vers. 6.

10. Surgit ira, noli dare irae linguam ad maledicendum. Tract. 41 super *Evang. Joan.* cap. 8.

11. Cum quisque maledicit tibi, benedic tui, et magnum habebis gratiam, quod tu non laedis a quo laesus es. De *Rectitud. catholicae conversat.*

12. Quisquis est qui maledicendi hominis feliciem se putat, nullo erit felicior, si hoc illi omnino non liceat. Lib. 5 de *Civitate Dei*, cap. 27.

13. Si contra maledicta irascaris, jam ea corroboras: si vero quietus et immobilis persistas, pudorem maledicenti magnum intulisti. Homil. 10, de *Ira*.

14. In maledicere sermo est vel supervacaneus, ratione et utilitate carens: vel detractorius, fraterna bona invida corrosione et odii instinctu diminuens: vel adulatorius, caput alienius falsa olei delimitatione demulcens. In suis *Sent.*, verbo *Auctoritate*.

15. Qui negligit oris maledici ressecare consuetudinem, eisi non maledicat, immunditiam tamen laborum, et oris inquinamentum incurrit. In *Centiloq.*, part. 1, sect. 13.

16. Estimanda sunt verba maledicorum, sicut

S. AMBROS.

S. EPIHEM.

S. ANTON.

S. AUGUST.

S. GREGOR. MAGNUS.

S. IERON.

S. BASILIUS MAGNUS.

S. BERNARD.

S. BONAV.

latratus canum, et clamores anserum. Lib. 4 de *Profectu relig.*, cap. 34.

17. Beatus ac felicissimus, qui maledictis, proscindendo proximum, linguam suam non maculat: nec lingua maledica cor sibi contaminat. De *Maledictis*.

18. Qui maledictis alterum non incescit, se ipsum inculpatum servat. *Ibid.*

19. Qui maledictione spiritum vitae, ab improborum se consuetudine servat, exercitiusque damnorum fugat ac superat. *Ibid.*

20. Qui aliis luhens maledictis incescit, se iis qui in alios confert obnoxium declarat. De *Maledictis*.

21. Vere miser ac deplorandus est ille, qui maledictis in proximos confertis se assuescit: quid hoc scelere gravius? *Ibid.*

22. Aliter maledictum profertur praetextu justitiae, aliter livore vindictae. Lib. 4 *Moral.* cap. 6.

23. Cum sancti viri maledictionis sententiam profertur, non ad hanc ex voto ultionis, sed ex justitia examinis erumpunt. *Ibid.*

24. Qui maledictionibus inimicum impetunt, quid aliud in illo Deum facere volunt, nisi quod ipsi facere aut nequeunt, aut erubescunt? *Ibid.*, lib. 22, cap. 6.

25. Valde grave esse credimus, si fortasse cui libet exagitante iracundia maledicamus. Lib. 3 *Dialog.*, cap. 45.

26. Omnibus maledicere, male conscientiam signum est. Epist. 1, *adversus Helvidium*.

27. Contra quemlibet passim in trivis strepere, et congerere maledicta, scurrantem et parasitorum est. Epist. 3, ad *Domnionem*.

28. Nihil prodest maledictibus remaledicere, et adversarios tallione mordere, cum precipitur malum pro malo non reddere. Epist. 19, ad *Pammachium et Oceanum*.

29. Non velis in maledictis referre vicem, ne ipse maledicus esse videaris. Epist. 21, ad *Pammachium et Marcellinum*.

30. Illi aequali maledicto subjacent, qui bona mala dicunt, et illi qui mala bona judicant. Epist. 32, ad *Paulin.*

31. Qui sanitate abutuntur in libidinem, et divitias vertunt in luxuriam, bonaque famam sordida conversatione deturpant, hi benedictiones Dei mutant in maledictionem. Super *Malaeh.*, cap. 2, super illud: *Maledictam benedictionibus vestris*.

32. Qui justis maledicit, diabolus est. Super *Psalum. xxlii*, vers. 2.

33. Illud maledictum contemnendum est, quod beatitudinem creat, quod falso maledictis ore profertur. *Proseec.*

34. Ubi ergo Christus in causa est, ibi et op-

tanda maledictio est. Lib. 1 super *Matth.*, cap. 5, can. 10, num. 35, super illud: *Beati estis, cum maledixerint vobis homines*.

35. Qui jaculum maledictionis jacit in aliquem, pro eo punietur. Super *Prov.*, cap. xxvi.

36. Quanto magis noscer est, qui maledicit, tanto intolerabilior est, et profundius atque periculosius vulnerat maledictio ejus. Super *Eclesiasten*, cap. vii.

37. Justa pona est, ut tu maledicaris, qui aliis maledixisti: quia per quas peccat quis, per haec torquetur. *Ibid.*

38. Si quis tu maledictis prosequitur, recordare Domini tui, quem ad derisum adorabant Iudei, et verbis et re distrahebant et irridebant: ipse vero non modo non ultus est, sed beneficiis et summa humanitate et clementia eos affecit. *Proseec.*

39. Christus opprobriis et maledictis afflictus, ad derisum alapis ceditur; tu ab omnibus laudem captas, et non fers opprobria Christi. Hom. 82 super *Joan.*

40. Si maledictis patri vel matri, morte moriuntur; quali iudicio dignus eris, qui maledicere audes ei, qui parentibus illis magis necessarius est et melior? *Proseec.*

41. Si is qui publicano maledixit, penam non effugit: qui vero parentibus maledicere solet, qua apologia tuebatur? *Serm.* super illud: *Salutate Priscam*.

42. Quos vere amamus, nunquam morsu petimus. Homil. 24 super *I Cor.*

43. Lingua maledica ebria est, caninis carnisus impuriorem depascitur mensam. *Ibid.*, hom. 44.

44. Sanguinaria lingua commum confundit, et eos cloacam latrinamque reddit, imo qualibet latrina abominabiliorum. *Ibid.*

45. Nihil detestabilius animo alium devocente, neque quidquam impurius lingua imprecationes exhalante. *Proseec.*

46. Homo es, ne virus aspidum evomas: homo es, ne venturis in feram. Tibi datum est os, non ut mordaes: data tibi est lingua, non ut maledicas, sed ut benedicas.

47. Nomine putas diabolum ridere, cum talia audis maledictionis vota? numquid putas Deum irritari et averti, cum talia imprecationibus postulas? qua re nihil fieri potest sceleratius. Hom. 5 super *II Cor.*

48. Nihil putas te mali facere, quando fratri maledicis: quomodo ergo illum fratrem vocas? Si vero non est frater tuus, quomodo dicis: Pater noster? *Serm. 44* super *Epist. ad Ephes.*

49. Maledicit frater, et tu qui ausis, maledicentis os non obturas, iis que ab eo dicuntur facile credis, et non reprimis: cuius sunt ista

HUGO CARD.

S. JOANNES CHRYSOST.

indicia? dilectionis an odii? Hom. 2 super II *Thess.*

50. Maledixit te quisquam, tu illum dilige, tu illum beneficiis refove, et magnum quid fecisti. Hom. 3 super I *Tim.*

51. Qui inimicum benedicit, seipsum benedicit: et qui illi maledicit, in seipsum maledicta detorquet. *Ibid.*, hom. 6.

52. Maledicti sibi ipsis nihil boni conscii sunt, veluti solatii cujusdam vice aliorum opinionem violare nituntur, ac per id innumeris se peccatis ac sceleribus implicant. Hom. 8 super II *Tim.*

53. Sicut benedicere, amicitia principium est; sic maledicere, inimicitia, et odii, et injuriarum principium est, atque discordiarum materia. Hom. 8 ad *Popul. Antiochenum.*

54. Sive fatuum quis dixerit, sive vanum, sive latronem, sive quolibet alio nomine maledictum fratri ingesserit, ex quolibet horum vocabulo sub maledicti titulo gehennae ignis supplicio condemnabitur. *I. lib. 1 de Compunt. cordis.*

55. Maledicens cum adultero et avaro et idola colente damnabitur. *Ibid.*

56. Christus maledicentibus benedicti jubet, nos e contrario aut prioris maledictimus, aut maledicti alterius multiplicata maledicta restitimus. *Ibid.*

57. Annon times ne aperiat se terra, et totum te absorbeat, vel fulmen superne in te adigatur, et maledicam illam linguam comburat? Serm. in illud Pauli: *Salutate Priscam.*

58. Maledictiones, quae diriguntur in proximo, maledicentes primitus vexant. Hom. 1 super *Epist. ad Hebr.*

JOAN. TRIT. 59. Quis se maledicti non desideret, ut mereatur Christi voce laudari, et celesti copiosaque mercede numerari? *Lib. 1, hom. 40, ad Monach.*

S. ISID. PEL. 60. Multi hanc velut artem faciunt, ut hominibus maledicant, et obtrecent. *Lib. 4, epist. 71.*

LACT. FIRM. 61. Maledicenti benedictio respondeat, et nunquam ipse maledicat. *Lib. 6 de Divin. inst.*

SALVIANUS. 62. Hinc intelligere possumus, quam gravis sit et perniciose maledictio, quando etiam si alia bona adfuerint, sola excludit e coelo. *Lib. 3, de Gubern. Dei. Super illud I Cor. vi, 10: Maledicti regnum Dei non possidebunt.*

63. Sacrosanctum Domini Dei nomen sacrilegorum hominum maledictione violatur. *Ibid.*, lib. 4.

S. THOMAS AQUINAS. 64. Maledicere animo maledicendi, optando, seu imprecando malum alicui, illicitum est. 2. 2. quæst. 76, art. 4.

65. Odiosum est maledicere non existentem, vitiosum vero si existeret. *Ibid.*, art. 2, argum. 3.

SENTENTIA PAGANORUM.

CICERO. 66. Nihil est tam volucere, quam maledictum,

nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur, nihil laudius dissipatur. *Orat. 31, pro Plancio.*

67. Si quis nuntiavit quendam tibi maledicere, ne refuta quae dicta sunt; responde eum nactus esse cetera tua vitia, nam aliqui non illa sola fuisse dicturum. In suo *Enchirid.*, cap. 48.

68. Quidquid de te dictum fuerit, id ne curato; id enim non jam tui est arbitrii. *Ibid.*, cap. 74.

69. Male de te loquuntur homines, bene autem loqui nesciunt; non quod merearis, sed quod solent ipsi. *Prosec.*

70. Homines de te male loquuntur: si merito, non quod loquuntur, molestum est, sed quod non mentiuntur: si immerito, innocentia mea nunc maxime gaudeo. *De Moribus.*

71. Multi, cum aliis maledicunt, sibi ipsis convitium faciunt: nihil enim turpius, quam qui obicit alteri sibi obijciendum. *Ibid.*

72. In defunctum maledicta ne congerio. In suis *Sent.*, sent. 9.

MALITIA.

Definitio. Malitia est mentis atque animi depravatio a tramite veritatis devia. *De Isaac et anima*, cap. 7.

Quid est malitia, nisi boni indigentia? *Ibid.*
Quid est malitia, nisi nocendi amor? malitia enim malo delectatur alieno. *Hom. 20 ex III Hom.*

Nihil aliud est malitia, quam concupiscentia effrenata. *Prosec.*

Malitia namque est ex proposito et deliberatione, malo cognito, prono animo consentire. *Part. 1, de Fermento ad Bernardum.*

Malus est, cuiuscumque deest aliquid ad bonum. *Epist. 93.*

Malitia est ægritudo anime. *Sent. 198.*

Divisio. Malorum quatuor sunt genera: pravi, malevoli, maligni, pessimi. *Super Paulum. LXXXVIII. Productio.* Bonitas virtutum mater, malitia origo vitiorum. *Serm. 34.*

Omnis improbitas, ex imbecillitate venit. *De Perfect. viæ spirit.*, cap. 16.

SENTENTIA PATRUM.

1. Malitiæ diabolus præsedit, virtutibus Christus. *Super Psalm. xxxii.*

2. Pejor est, qui se, cum sit malus, bonum ostendit, quam ille qui aperte est malus. *Super I Tim.*, cap. v.

3. Per malos Deus purgat bonos. *Super Epist. ad Rom.*, cap. ix.

4. Malitia contra sui usurpatores militat, eosque qui ipsam tenent, magis quam illos, in quos noxam parat consuecit. *De Passione et cruce Domini.*

S. AUGUST.

5. Deus malorum malitia jure utitur, ut aliis mala ingerat temporalia. *Epist. 70, ad Bonifac.*

6. Malitiæ individua comes, miseria est. *Prosec.*

7. Perversi enim non solum mali esse volunt, et miseri nolunt, quod fieri non potest; sed ideo volunt mali esse, ne miseri sint: ergo ne miser sit, malus est, et ideo miserior est, quia malus est. *Super Psalm. xxxii, conc. 2, vers. 12.*

8. Omnis malus aut ideo vivit, ut corrigatur; aut ideo vivit, ut per illum bonus exerceatur. *Sup. Psalm. liv, conc. 2, vers. 2.*

9. Arcta omnis malitia, sola innocentia lata est. *Super Psalm. c, vers. 3.*

10. Malitiæ mee nulla causa erat, nisi malitia. *Lib. 2 Conf.*, cap. 4.

11. Voluntate propria quisque malus est. *Lib. 2 de Civit. Dei*, cap. 4.

12. Malus fuisti heri, hodie bonus esto. *Tract. 23 super Joan.*

13. Malitia malo delectatur alieno. *Hom. 20 ex III Hom.*, cap. 1.

S. AMBROS.

14. Eo tempore quisque incipit malus esse, quo potest bonus fieri. In suis *Proverb.*, verbo *Eo.*

15. Vix quisquam in bonum transit, nisi ex malo. *Ibid.*, verbo *Via.*

S. AUGUST.

16. Habet malitia curram suam rôtis quatuor consistentem: sevitia, impatientia, audacia, impudentia. Valde velox est currus iste, qui nec innocentia sistitur, nec patientia retardatur, nec timore frenatur, nec inhibetur pudore. *Prosecutio.*

17. Trahitur autem duobus admodum perniciosus equis, ad omnem perniciem paratissimis: terrena potentia, et seculari pompa. Porro præsident duobus his equis aurigæ duo, tumor et livor: tumor quidem pompam, livor vero potentiam agit. *Serm. 39 super Cant.*

18. Minus semper malitia palam nocuit: nec nunquam bonus nisi boni simulatione, deceptus est. *Ibid.*, serm. 66.

19. Molestum est, grave est, periculosum est, nimirum ubi malitiæ plurimum, sapientiæ modicum. *Serm. 6, de Ascens.*

20. Sicut nemo fit repente summus, sed gradatim quisque ascendit: sic nemo repente fit pessimus, sed paulatim descendit. *De Duodecim grad. humilit.*, verbo *Interlect.*

21. Malus homo nunquam tute secum habitat, quia cum malo homine habitat; et nemo molestior ei est, quam ipse sibi. *De Vita solit.*

22. Optimus hodie est, qui non est nimis malus. In *Præfat. Vita S. Malach.*

DOETIUS.

23. Infeliciores esse necesse est malos, cum cupita perferant, quam si ea, que cupiunt, implere non possint. *Prosec.*

EPICETUS.

SENECA.

SOL. ATHEN. PHILOSOPH.

S. AMBROS.

S. AUGUST.

RICHARD. 1 S. VICTOR.

SENECA.

SIXTUS PP.

S. BONAV.

S. PETRUS CHRYSOLOG.

S. AMBROS.

S. ANSELM.

S. ATHANAS. MAGNUS.

S. C. SCSABTUS ARELAT.

CASSIODOR.

S. EPHR. SYR.

FRANCISCUS TITELM.

S. GREGOR. MAGNUS.

mater malitia dominatur. Part. 3 *Pastoral.*, cap. 4, admonit. 10.

40. Incassum foras nequitiae ramus inciditur, si surrectura multiplicibus intus in radice mater malitia servatur. *Ibid.*

S. GREG. NAZ. 41. Facilius est scientes malitia aliorum inquirari, quam alius virtutem impetiri. Orat. 10, in *Funere Basilii.*

42. Expedita est malitia, etiam sine trahente. Orat. 3, de *Pace.*

43. Magnum malitiae remedium confessio, et fuga est peccati. Orat. 8, ob *Patrem episc.*

44. Boni a Deo conditi, vitio mali sumus effecti. Serm. 2 *fer. 2 Litanar.*

S. HIERON. 45. In omni proposito, in omni gradu, et sexu, et boni et mali reperitur: malorumque condemnatio, laus honorum est. Epist. 2 ad *Nepotian.*

S. JOANNES CHRYSOST. 46. Sicut virtus salutis causam est, eam operantibus: ita et malitia interitus. Hom. 42 super *Gen.*

47. Tale est vitium malignitatis, ut sibi permittent accersat. Hom. 7 sup. *Math. Oper. perf.*

48. Anima semel malitia capta stultior cunctis efficitur. *Ibid.*

49. Nunc illud maxime multis dignum est lacrymis, quia cum multi sint mali, non pudet eos male agere. *Ibid.*, hom. 82.

50. In quibus est una malitia, est unus ad malefaciendum consensus. Homil. 26 super *Math. Oper. imperf.*

51. Malitia non compescitur sermonibus, sed excitatur: malum enim hominem plus tacendo, quam respondendo vincere potes. *Ibid.*, hom. 38.

52. Omnis malitia confunditur aliquoties ratione veritatis, corrigitur autem nunquam, maxime eorum qui proposito malo et non ignorantia peccant. *Ibid.*, hom. 42.

53. Sicut ignis quanto simplicius ligna susceperit in majorem flammam erigitur: sic animus malus quanto magis veritatem audierit, eo amplius in malitiam excitatur. *Ibid.*

54. Malitia caeca est. Hom. 8 super *Joan.*

55. Talis malitia est, ut quidquid dicitur, fiste, non exurgit, sed proprium servat venenum. *Ibid.*, hom. 40.

56. Nihil tam stultus homines facit, quam malitia. *Ibid.*

57. Impudens quidam et temerarium malitia est: quae cum magis confundi deberet, magis irritatur. *Ibid.*, hom. 54.

58. Malitiosus seipsum percudit primum, alium autem nullum, et sic sibi ipsi est hostis. Homil. 7 super *Acta Apost.*

59. Nihil impudens, neque audacius malitia. *Ibid.*, hom. 43.

60. Mentis malitia necessitate non tollitur. Hom. de *Prod. Juda.*

61. Qui in malitia vivit, omni caret securitate. Homil. 9 super *I Cor.*

62. Nihil virtute purius, nihil malitia impurius: nam illa sole fulgidior est, haec vero luto foetidior. Hom. 28 super *II Cor.*

63. Nemini fidit, qui in malitia vivit. Serm. 14 super *Epist. ad Philipp.*

64. Quemadmodum boni ac prohi viri, duplici honore digni sunt, quod et frugi selicet fructu, et ab improbis nihil quidquam vitii traxere: sic et mali duplici poena mulcandi, quod cum boni esse possent, per vitia improbi fuerunt, et a bonis virtutis nihil adipisci voluerunt. *Prose.*

65. Sicuti bonos non improbi solum, sed prohi quoque admirantur: ita et improbos non boni solum, sed mali etiam odere. Serm. de *Virt. et vit.*

66. Quemadmodum si aliquis claudere voluerit aquae currentis meatum, si una ex parte exclusa fuerit aqua, violentia aliunde sibi semitam rumpit: sic et impiorum malignitas, ex una parte confusa, aliunde sibi aditum advenit. Homil. 42 super *Math. Oper. imperf.*

67. Nequitia non est scientia, imo vero turpitudine daemoniaca, privata veritate, et quae plurimos latere videatur. *Gradu* 24.

68. Nequitia est rectitudinis perversio, intentio seducta, mentis dispersio, fraudis abyssus, lapsus artifex, daemoniaca vita. *Ibid.*

69. Malus est diabolus et familiaritate conjunctus et nomine. *Ibid.*

70. Malitia a tumore ac iracundia nascitur. *Ibid.*, gradu 26.

71. Si malus in juventute quis extitit, raro in senectute bonus erit. *De Inst. vite sacerdot.*, cap. 11.

72. Malorum iniquitas, sanctorum servituti: quia unde mali corrumpunt, inde boni proficiunt. Lib. 1 de *Summo bono*, cap. 10, sent. 12.

73. Impii cibis sunt diaboli. *Ibid.*, cap. 2, sent. 7.

74. Malignantium hominum voluntas nequam potest impleri, nisi Deus dederit potestatem. *Ibid.*, lib. 3, cap. 57, sent. 4.

75. Sunt necessarij mali: ut quoties boni offendunt, flagellentur ab illis. *Ibid.*, sent. 7.

76. Ne contentas etiam parvam videris intra te fermentari malitiam, quia modicum fermenti totam massam corrumpit. *Prose.*

77. Sicut enim ex justitia generatur justitia, et ex castitate castitas, et castus accepto castitatis fermento, quotidie castior efficitur: ita et qui semel intra se licet parvum malitiae reposuerit fer-

mentum, quotidie in semetipso nequior efficitur ac deterior. Hom. 23 in cap. xxvii *Num.*

PETRUS DL. 78. Jam optimus est, qui non est nimis malus. Epist. 143, ad *Conradum archiepiscop. Moguntin.*

PHILO JUD. 79. Non semper felix est malitia, interdum cum maxime se celat, deprehenditur. Lib. 7 de *Joseph.*

SALVIANUS. 80. Magis damnabilis est malitia, quam titulus bonitatis accusat. Lib. 4 de *Gubern. Dei.*

81. In hoc scelus res devoluta est, ut nisi quis malus fuerit, salvus esse non possit. *Ibid.*, lib. 5.

82. Nullus malus, nisi stultus: si enim saperet, bonus esse vellet: exire ergo nequitiam, si vis habere sapientiam. *Ibid.*

THALASSIUS. 83. Vero potens vir est, qui et ab opere et a scientia malitiam removet. *Hecatomad.* 4, sent. 12.

84. Malitia invelerat, longo opus habet exercitatione: solo clarior enim constructa, haud cito immutatur. *Hecatomad.* 3, sent. 7.

85. Malitiam mortifica, ne mortuus non resurgas, et a brevi morte in longam transeas. *Hecatomad.* 4, sent. 11.

IN VIT. PAT. 86. Malitia nequamquam expellit malitiam: sed si quis tibi male facit, tu beneficia ei, ut per bonum opus tuum destruas ipsius malitiam. Lib. 5, libell. 10, de *Discretione*, num. 53.

SENTENTIAE PAGANORUM.

AMSTOTEL. 87. Malus nunquam sibi amicus est, se namque semper oppugnat. Lib. 2 *Magnor. moral.* cap. 11.

DIAGENES. 88. Nobilitas, gloria, divitiis malitiae sunt velamenta. In *Sent.*, sent. 14.

SENECA. 89. Levis est malitia, saepe mutatur non in melius, sed in aliud. Epist. 47.

90. Nemo est extra periculum malitiae, nisi qui totam eam excussit: nemo autem illam excussit, nisi qui pro illa sapientiam assumpsit. Epist. 75.

91. Malitia miserum facit, virtus beatos. Epist. 81.

92. Malitia ipsa maxime partem veneni sibi bibit, dum nocet. *Ibid.*

93. Impius in Deum maledictus, et infestus, et contumeliosus est. *Sent.* 77.

94. Intolerabilis est malitia, cum laudatur. *Ibid.*, sent. 142.

95. Anima mala Deum fugit. *Ibid.*, sent. 301.

96. Anima in corpus humanum lapsa, si quidem male perseveraverit, non gustabit immortalitatis quidquam. Lib. de *Potest. et sap. Dei*, cui tit. *Pimander*, cap. 10.

97. Quenam fera mordax ita corpus laecerat, ut impietas laniet animam? Nonne videt quot malis animus premitur impius? *Ibid.*

98. Morsus animae gravissimus, impietas est. *Ibid.*, cap. 12.

Vide etiam tit. *Abundantia*, sent. 100; *Diaboli*, sent. 75; *Ecclisia*, sent. 63; *Disimulatio*, sent. 18, 25; *Finitis*, sent. 53; *Haereticis*, sent. 28; *Justitia in genere*, sent. 67; *Mundus*, sent. 127; *Otiositas*, sent. 57; *Potentia*, sent. 14; *Vacare sibi*, sent. 9; *Veritas*, sent. 25; *Virtus*, sent. 88.

MALUM.

Definitio. Malum est aversio ab incommutabili bono, et conversio ad mutabilia bona. Lib. 2 de *Lib. arb.*, cap. 18.

Malum est corruptio vel modi, vel speciei, vel ordinis naturalis. De *Natura boni*, cap. 4.

Malum est privato, defectus, imbecillitas, apte compositionis vacuitas, peccatum, vacuitas propositi, pulchritudinis, vite, mentis, rationis, perfectionis, sedis: quod causam non habet, quod interminatum est, quod sterile, ignavum, imbecillum, inordinatum, dissimile, infinitum, tenebrososum, experts essentia. De *Divinis nominibus*, cap. 4.

Malum est infirmas imbecillitasque, ac privato aut scientiae, quae latere non potest, aut fidei, aut appetitus, aut actionis bonae. *Ibid.*

Malum est privato modi, speciei, et ordinis. Parte 1 *Summa*, quest. 5, art. 5, argum. 3.

Malum nihil aliud est, nisi quod turpe, inhonestum, indecorum, pravum, flagitiosum, fodum, quod fugiendum est. Lib. 3 de *Finitis*, num. 14.

Malum, est rerum imperitia. Epist. 34.

Divisio. Dupliciter malum appellatur: unum quod homo facit; alterum quod patitur. Quod facit, peccatum est; quod patitur, poena. Lib. 5 *Etyim.*, cap. 27.

Comparatio. Sicut bonum obiectum est, et causa amoris: ita malum est obiectum, et causa odii. 1. 2. quest. 29, art. 1.

SENTENTIAE PATRUM.

1. Mala non sunt, nisi quae crimine mentem implicat, et conscientiam ligant. Lib. 1 *Hexam.*, cap. 8.

2. Non sunt mala, nisi quae privantur bonis: per mala tamen factum est, ut bona emerentur. De *Isaac et anima*, cap. 7.

3. Permittit Deus impijs male agere, ut ex eorum malis bona operetur. Super *Apoec.*, cap. 9.

4. Nemo a malo liberatur quisquam nisi Dei gratia. Lib. 1 *Retract.*, cap. 9.

5. Cum malum perpetratur, hostis est infimus, etiam si nullus infimi loquacitate vulgetur. Epist. 15, ad *Div. Hieronym.*

6. Deus malorum malitia juste utitur, ut aliis mala ingerat temporalia. Epist. 70, ad *Bonifac.*

7. Cum Deus summe bonus sit, nulimodo si-

S. AUGUST.

S. DIONYS. AREOPAG.

S. THOMAS AQUINAS. CICERO.

SENECA. S. ISID. HISP.

S. THOMAS AQUINAS.

S. AMBROS.

S. AUGUST.

neret mali aliquid esse in operibus suis, nisi usque adeo esset omnipotens et bonus, ut bene faceret etiam de malo. In *Enchyridio*, cap. 14.

8. Ex omnibus consistit universitatis admirabilis pulchritudo, in qua etiam illud quod malum dicitur, bene ordinatum, et loco suo positum, eminentius commendat bona, ut magis placeant, et laudabiliora sint, dum comparantur malis. *Ibid.*, cap. 10.
9. Non dubitandum Deum facere bene, etiam sinendo fieri quaecumque male: non enim hoc nisi iudicio sinit, et profecto bonum est, omne quod justum est. *Prose.*

10. Quamvis ea, quae mala sunt, in quantum mala sunt, non sint bona: tamen ut non solum bona, sed etiam sint et mala, bonum est.

11. Nam nisi esset hoc bonum ut essent et mala, nullo modo esse sinerentur ab omnipotente bono. In *Enchyridio*, cap. 96.

12. Cum bona et mala nullus ambigat esse contraria, non solum simul esse possunt, sed etiam mala omnino sine bonis, et nisi in bonis esse non possunt, quamvis bona sine malis esse possint. *Ibid.*, cap. 14.

13. Melius iudicavit Deus de malis bene facere, quam mala nulla esse permittere. *Ibid.*, cap. 27.

14. Prosumt mala, quae fideles pie perferunt, vel ad emendam peccata, vel ad excruciam probandamque iustitiam, vel ad demonstrandam vitae huius miseriam, ut illa tibi erit beatitudo vera atque perpetua, et desideretur ardentius, et instantius acquiratur. Lib. 43 de *Trin.*, cap. 46.

15. Quanto magis homo sua mala intelligit, tanto amplius suspirat et gemit. De *Spirit. et anima*, cap. 49.

16. Bonum et malum a Deo est, non secundum malitiam, qua homines mali sunt: malus enim Deus non est, sed malis ingerit mala, quia iustus est. In *Quaest. super Exod.*, quaest. 143.

17. Qui peccando malum facit, prius delinquendo a bono cadit. Lib. 3 super *Levit.*, quaest. 20.

18. Malorum omnium causa, improba voluntas est. Lib. 6 de *Liberio arbitrio*, cap. 17.

19. Notitia evidentior boni, mali est experimentum. De *Viginti et una sentent.*, sent. 20.

20. Quid melius, quid omnipotentius eo, qui cum mali nihil faciat, bene etiam de malis facit? De *Continencia*, cap. 6.

21. Mali nulla natura est, sed amissio boni, mali nomen accipit. Lib. 1 de *Civitate Dei*, cap. 9.

22. Non haec quae pateris mala, mala sunt: si enim iusta sunt, bona sunt, sed tibi patienti haec mala sunt. *Prose.*

23. Non vis ut mala sint tibi, quae iusta sunt Dei? non sit mala in conspectu Dei iniquitas tua. Super *Psal.* cii, vers. 3.

24. Difficilius bonorum appetitores invenies, quam malorum desertores. De *Sobrietate*, cap. 1.

25. Non nocent mala praeterita, si non placeant. De *Verb. Dom.* serm. 20.

26. Quam spem habere possunt, qui mala faciunt, cum illi perituri sunt, qui bona non faciunt? Serm. 4 de *Defunct.*

27. Per ignem malum quasi bonum placet. Lib. 4 ad *Bonifac.*, cap. 13.

28. Malum est male uti bono. De *Nat. boni*, cap. 36.

29. Nihil est detestabilius quam de malo alterius, merra diaboli similitudine atque imitatione lacerari. De *Catech. rud.*, cap. 11.

30. Homo factus est malo dignus aeterno, qui in se perennit bonum, quod esse posset aeternum. Lib. 21 de *Civitate Dei*, cap. 12.

31. Bona mea dona tua sunt, mala mea deliciae tuae sunt. Lib. 10 *Confess.*, cap. 4.

32. Bona sine malis esse possunt, mala vero sine bonis esse non possunt: quia naturae in quibus sunt, in quantum naturae sunt, utriusque bonae sunt. Lib. 14 de *Civitate Dei*, cap. 11.

33. Qui nimis querunt unde sit malum, nihil reperunt nisi malum. De *Utilit. cred.*, cap. 18.

34. Reddere mala christianis non debet pro malis. In *Enchyridio*, cap. 79.

35. Qui nihil mali faciunt, bene vivunt. Epist. 105.

36. Quando homini proponitur, ut aut mali aliquid faciat, aut mali aliquid patiat, eligat non facere mala, quam non pati mala. Epist. 204.

37. Malum nisi experimento non sentiremus, quia nullum esset, si non fecissemus. Lib. 8 de *Genesis ad litteram*, cap. 14.

38. Origo et caput mali est peccatum. *Contr. Fortunatum*, disputatione 2.

39. Quod in homine malum est, est fructus originalis peccati. Lib. 3 *contra Julian.*, cap. 8.

40. Nullum malum sine aliquo bono esse potest, nec ideo bonum est. *Ibid.*, cap. 23.

41. Bonum est bene uti malis. *Ibid.*, lib. 5, cap. 9.

42. Malo bene uti, non est peccatum. *Ibid.*, cap. 16.

43. Ea quae dicuntur mala, aut vitia sunt rerum bonarum, aut supplicia peccatorum. Lib. 1 *contra Advers. legis*, cap. 5.

44. Quod malum per vitium, profecto bonum est per naturam. *Ibid.*

45. Cum Deus omnia facere possit, malum tamen, quia nihil est, facere non potest. In suis *Prac.*, verbo *Cum*.

46. Deo nihil mali est imputandum, quandoquidem ipse malo utitur ad bonum. *Ibid.*, verbo *Deo*.

47. In malis sperare bona, nemo nisi innocens solet. *Ibid.*, verbo *In*.

48. Hoc est funditus a malo recedere, ex amore Dei jam nolle peccare. *Ibid.* verbo *Hoc*.

49. Qui manum non retinet a malo, quo potest, licet quandoque frustretur effectus, non minus culpatur affectus. Epist. 2, ad *Fulconem*.

50. Malum si comprimas tuum, reputabitur tibi ad iustitiam; si alienum, ad gloriam. Epist. 200.

51. Sapere malum, sapere non est, sed desipere. De *duodecim Gradibus humilitatis*, grad. 1, verbo *Tu quoque*.

52. Quae in terris abundare creduntur, si disponentem providentiam spectes, nihil usquam mali esse perpendes. Lib. 4, de *Consolatione philosoph.*, prosa 6.

53. Malo consentire est malum, operam dare malo est majus malum: sed in malo perseverare est pessimum malum. De *SS. Apost.*

54. Malum est vituperabile in se, et vituperabilem reddit actorem. Super lib. 2 *Sentent.* dist. 34, art. 4, quaest. 1.

55. Magis nocet malum, quod magis intimum est; et magis prodest bonum et delectat, quod magis intimum est. De *septem Humeribus aeternit.* lib. 6, distinct. 3.

56. Permittitur nimis praecurrere seculum malum, ut gratius regnum Domini suscipiatur optatum. Super *Psal.* ix, vers. 40.

57. Nunquam malum derelinquit, qui cognoscit amare quod peccat. Super *Psal.* li: *Dilexisti malitiam*.

58. Omne malum execrabilius redditur, quando publica presumptione tractatur. Super *Psal.* lii, vers. 11.

59. Malum infestum quanta plus tegitur, tanto amplius incurabili putredine succiatur. Super *Psal.* li, vers. 7.

60. Nullum malum difficilius extinguitur, quam quod faciles reditus habet. De *Spectaculis*, cap. 1.

61. Malum nec est in natura, nec est quisquam natura malus. De *Perfectionibus spiritus*, cap. 3.

62. Qui alium malo aliquo mulcere vult, prius seipsum mulcet. Habetur apud div. Joan. Damascenum, lib. 2 *Parall.* 68.

63. Malorum omnium principium et finis, est bonum: boni enim causa sunt omnia, et quae bona sunt, et quae mala. *Prose.*

64. Mala quippe boni desiderio aguntur; nemo enim proposito sibi malo facit quae facit: idcirco non subsistit malum, sed subsistere videtur, cum boni causa, non sui fiat. De *divin. Nomin.*, cap. 4.

65. Nullus respiciens ad malum, operatur:

unde malum nec agitur, neque appetitur, nisi sub ratione boni. Super *Epist. ad Rom.*, cap. 7, art. 10.

66. Debet unusquisque a se eradicate quod malum est, et inferre in se quod bonum est. Homil. 8.

67. Cui mala propria non sufficiunt, ille sic agit, ut iudicium etiam alienae perditionis incurrat. Homil. 7, ad *Monach.*

68. Uniuscujusque malum in suum redundat auctorem: suam linguam malitiosus maculat, suum corpus obtreccat exulcerat, suae mentis lumen iracundus obcaecat, suam animam invidus veneno livoris aspergit. *Ibid.*, homil. 8.

69. Tanto gravius est homini, quod infligitur malum, quanto eum qui infligit, minus equum est hoc agere. In titulo *Psal.* iii.

70. Plus valet apud pravos malum inlicitum, quam bonum insolitum. Super *Genesis*, cap. 19, illud: *Eo quod increverit clamor*.

71. Communia sunt, bonorum et malorum in hac vita, mala; nec quisquam est tam scri ingenio, qui horum rationem possit reddere, sed solus Deus eorum providentiam tenet. Super *Job*, cap. ix.

72. Non est purus qui mala ageret, si liceret. *Ibid.*

73. Qui mala temporalia stulte praevocat, incidet in aeterna. *Ibid.*, cap. xx.

74. Odit malum, qui non solum voluptate non vincitur, sed odit opera voluptatis. Super *Amos*, cap. v, in illud: *Odire malum*.

75. Ubi charitas deficit, desiderium mali crescit. Super *Epist. ad Romanos*, cap. vii.

76. Sepe committunt homines mala, quae sciunt, et idcirco permittuntur decipi, ut cadant etiam in mala, quae nesciunt. Lib. 11, *Moral.*, cap. 7.

77. Tanto securius mala temporalia mens penetrat, quanto durius bona aeterna desperat. *Ibid.*, lib. 26, cap. 8.

78. Quos praesentia mala non corrugant, ad sequentia perducunt. *Ibid.*, lib. 9, cap. 24.

79. Mala reprobiorum bonos dum cruciant, purgant. *Ibid.*, lib. 20, cap. 19.

80. Quelibet mala, quae minores iniuri faciunt, ea nequissimi majores timentur. *Prose.*

81. Dum malum peior vindicet, quasi umbra umbram, ne a veritatis lumine irradietur, obscurat. *Ibid.*, lib. 33, cap. 4.

82. Ille luxus boni desiderio aguntur; nemo enim proposito sibi malo facit quae facit: idcirco non subsistit malum, sed subsistere videtur, cum boni causa, non sui fiat. De *divin. Nomin.*, cap. 4.

83. Mala praesentis vitae tanto durius animus sentit, quanto pensare hominum quod sequitur negligit: et quia non vult praemia considerare, quae

S. BERNARD.

BOETTII.

S. BONAV.

CASSIODOR.

CYPRIAN.

S. DIDACHE.

DIDYM. AL.

S. DIONYS.

AREOPAG.

V. BENO.

DIONYSIUS.

CARTHUS.

S. ELIGIUS.

S. EUSEBIUS

EMISSIENSIS.

FRANCISCUS

TITELM.

GLOSS. INT.

GLOSS. ORD.

GLOSS. INT.

GLOSS. ORD.

S. GREGOR.

MAGN.

stant, gravia aestimat esse, quæ tolerat. *Ibid.*, lib. 10, cap. 12.

84. Difficilis malum corrigitur, quod profectiois prosperitate fuitur. *Ibid.*, lib. 24, cap. 2.

85. Mala quæ pro peccatis nostris sæpe patiuntur, quia per divinam justitiam nobis irrogantur, bona sunt: bonum profecto est, quidquid est justum. Lib. 4, in *1 Regum*, cap. III.

86. Districto iudicio permittit Deus mala fieri, sed misericorditer providet de his malis, quæ per iudicium irrogat, quæ bona facere disponat. *Ibid.*, cap. 1.

87. Cum de manifesto bono latens malum nascitur, sapienter bonum absconditur, ne malo superveniente maculetur. *Ibid.*, lib. 5, cap. 4.

S. GREG. NAZ. 88. Pessimum eunt, quæ bona sunt et honesta: sine pudore vident, quæ mala sunt. Epist. 29, ad *Eudochium Rhetor.*

HAYMO. 89. Fieri non potest ut ex malo hominum, aut ex bono oriatur malum: arbor enim bona Christus est, arbor verò mala diabolus. *Serm. fer. 6 Pentecostes.*

S. HIERON. 90. Omnipotens Deus bene utens malis nostris, multa ex his bona operari consuevit. Super *Apocal.*, cap. 8.

91. Duplex malum æquale, et anceps, periculosum est: ex utroque arctaris, ex utroque constringeris. Epist. 14, ad *Celant.*

92. Mala imposita, bona devotione portata vincuntur: pejus nocet malum, si male portetur; ledunt et ipsa bona, si male portantur. Epist. 6, ad *Amicium.*

93. Bonum certamen est, malis non cedere, sed mala virtutis bono portare. *Ibid.*

94. Grande peccatum est, non solum facere malum, sed et diligere. Lib. 2, super *Amos*, cap. V, sup. illud: *Quærite bonum et non malum.*

95. Mala non fugere, vitium est: quantæ impietatis est, etiam diligenter inquirere? Lib. 1, super *Micheam*, cap. III.

96. In eo nullum bonum fuit, qui nullum malum destruit. Super *Psal.* xxxii, vers. 14.

97. Nonnunquam malum, occasio fit bonorum, Super *Epist. ad Philemon.*, in illud: *Forsitan ideo discessit.*

HUGO A. S. VICTORE. 98. Malum posse, potestas non est, sed infirmitas. Homil. 42, super *Ecclesiasten*, in illud: *Quid gloriaris in malitia?*

HUGO CARD. 99. Totum est a providentia Dei rempublicam suam tam sapienter ordinantis, ut etiam de malis noverit eligere bonum. Super *Ecclesiasten*, cap. viii.

100. Mala temporalia non occurrunt justo, id est, non contra eum current, vel obviabant: sed cum eo, et pro eo; quia non impediunt vel retar-

dant cursum ejus ad patriam, sed juvant et accelerant. Super *Ecclesiasten*, cap. xxxiii.

101. Mala præterita desestemus, presentia expellamus, futura cavemus. In *Prologo* super *Hierem.*

102. Malorum alia sunt præterita, alia sunt presentia, alia sunt futura. Præterita sunt dolenda, presentia sunt vincenda, futura sunt præcavenda. *Serm. 1 in die Ciner.*

103. Omnis homo elatus, malum ipsum, cui servit, dominum sibi facit. Hom. 1, super *Math. Oper. imperf.*

104. Qui nunquam fuit in malis, sed in innocentia, dum nescit quid sit malum, facile decipitur, et transit ad diabolum: sed cum expertus fuerit malum quod invenit, et recordatus fuerit bonum quod perdidit, compunctus redit ad Deum, unde recessit. *Prose.*

105. Qui autem gaudet de bonis quæ invenit, et recordatur mala quæ evasit, difficile redit ad malum.

106. Malus quod malum est non putat malum; ideo nec poenitet cum fecerit malum. *Ibid.*, hom. 2.

107. Mala quamvis presentia sunt, gravia videntur: cum verò transacta fuerint, recordatio eorum gloriatio est. *Ibid.*, homil. 6.

108. Omne malum quanto gravius crimen est, tanto levius videtur ad non faciendum, et gravius facit peccatum. *Ibid.*, homil. 10.

109. Manifestum malum, quasi malum fugitur et cavetur: malum autem sub specie boni celatum, dum non cognoscitur, nec cavetur, sed quasi bonum suscipitur, et ideo conjunctum bono ex terminat bonum. *Ibid.*, hom. 19.

110. Intelligere malum, laudabile est: facere autem, vituperabile. *Ibid.*, hom. 24.

111. Præ omnibus malis homo est pessimimum malum: unaqueque bestia unum habet et proprium malum, homo autem habet omnia in se. *Ibid.*

112. Quid pejus quam mali et non boni memorem esse? Homil. 49 ex diversis in *Math.*

113. Spiritualis vir, si occurrant ei mille mala, nullo modo vincitur. Hom. 34, super *Epist. ad Hebr.*

114. Nihil adeo Deum delectat, quam non malum pro malo, immo pro malo bonum reddere. Homil. 70, super *Joan.*

115. Solers ad invenienda mala est impietas, atque ad agrediendum aliquid mire audax. *Ibid.*

116. Nulla alia mali substantia est, quam disjunctio a bono. *Ibid.*

117. Sceleratus quisque quod justum est, malum dicere consuevit. *Ibid.*, cap. 12.

118. Malum, cum expectatur, timorem abert;

cum adest, micorem. Lib. 2 de *Fide orthodox.*, cap. 12.

JOAN. TRITTO. 119. Nihil prodest mala non facere, nisi etiam bona adicias. Mala non facere, poenam non habet: sed bona omittere, corona caret. Super *Prælog. Reg. S. Benedict.*, cap. 2, tract. 2.

120. Malum superare per bonum, laudabile est. In cap. 4 *Reg. S. Benad.* verbo *Hinc.*

121. Malum sub specie boni celatum, dum non cognoscitur, non cavetur. Lib. 2 de *Tent. Relig.*, cap. 5.

122. Neminem ad malum natura compellit, sed propria voluntas. Epist. 15, ad *Nicol. presbyt. Mornicens.*

123. Ob eam causam permittit Deus mala obiri, ut ex contrariis malis bona natura decor emineret. Lib. 1, de *Summo bono*, cap. 9, sent. 5.

124. Bona mens ad malum, nec præmiis corrumpitur, nec terroribus vincitur. *Ibid.*, lib. 3, cap. 30, sent. 12.

125. Magis mala facientibus, quam mala patientibus dolere ac lugere debemus. *Prose.*

126. Illi enim mala faciendo, in malum proficiunt: isti patienti, a malo corriguntur. *Ibid.*, cap. 57.

S. INNOC. III. 127. Malum inferre miserius est, quam malo affici. Lib. 2, epist. 257, ad *Eutonium Diacon.*

S. ISIDORUS HISPAL. 128. Potest Deus mala tollere, sed non vult, quia et sapientiam simul tribuit, et plus boni ac jucunditatis in sapientia est, quam in malis inolestie. *Prose.*

S. ISID. PEL. 129. Sapientia facit ut etiam Deum cognoscamus, et per eam cognitionem immortalitatem assequamur, quod est summum bonum: itaque nisi prius malum agnovimus, nec bonum poterimus agnoscere.

LACT. FIRM. 130. Si enim tollantur mala, tollere pariter sapientiam necesse est; nec ulla in homine virtutis remanere vestigia, cujus ratio in sustinenda et superanda malorum acerbitate consistit.

131. Itaque propter exiguum compendium malorum, maximo et vero et proprio nobis bono carere cavemus.

132. Constat omnia propter hominem esse disposita, tam mala quam etiam bona. De *Ira Dei*, cap. 13.

133. Ideo malum permisit Deus, ut et bonum clarior emicaret: et alterum sine altero intelligimus constare non posse. *Ibid.*, cap. 15.

S. LEO I. 134. Magis plangendus est faciens mala, quam patiens. Hom. in *Festo omnium Sanctor.*

S. NILUS. 135. Res est heata, malis affici: inferre vero, miseritimum. Qui enim patitur mala, Christi ha-

res: faciens vero, diaboli coheres esse creditur. *Paraves.* 174.

136. Mala ne sentiam, menses enim propè est, et ignis excipit spinarum agricolam. *Ibid.*, *Paraves.* 212.

137. Malum absconditum urget acerbius: hidecenter latum, nocet aperitum. Lib. 1, epist. 18, ad *Joan. episc.*

138. O misera hominis ac lugenda conditio, que facilius valet sibi consciscere mala, cum desunt quam vitare, cum imminet. Opusc. 34, cap. 8.

139. Quid amentius quam in malis esse, et malorum intelligentiam non habere? Lib. 6, de *Gubern. Dei.*

140. Incipientia mala facile superantur, progressa confirmantur. De *Regno ad Arcadium imperat.*

141. Hoc ad infinitum Dei bonitatem pertinet, ut esse permittat mala, et ex eis eliciat bona. Part. 1, quæst. 2, art. 3.

142. Mala que nos hic premunt, ad Deum irò compellunt. Part. 1, quæst. 21, art. 4.

143. Bona nostra divinitati debemus ascribere, mala autem hominis moribus imputare: quia sicut bona procurentur Domino creatur, ita mala diabolo auctore nascuntur. Hom. 11.

S. SYNESTIUS EPISCOPUS. 144. Malum facile, bonum vero difficile est. Lib. 2, *Ethic. ad Nicomach.*, cap. 6.

S. THOMAS AQUINAS. 145. Nemo tolerantior est malorum homine forti. *Ibid.*, lib. 3, cap. 6.

146. Homo malus millies plura mala, quam fera facere potest. *Ibid.*, lib. 7, cap. 6.

147. Omne malum nascens facie opprimitur, inveteratum fit plerumque robustius. Orat. 47, *Philipp.* 5.

S. VALERIANUS EPISCOPUS. 148. Malum nihil est, nisi quod turpe, inhonestum, indecorum, pravum, flagitiosum, foedum, quod fugiendum est. Lib. 3 de *Fructus*, num. 14.

149. Nihil bonum, nisi quod honestum: nihil malum, nisi quod turpe. Lib. 2 *Tuscul. quæst.*

150. Maltia mala bonis antepont. Lib. 3 *Offic.*, num. 71.

151. Grave est malum omne, quod sub aspectu latet. In suis *Sent.* sent. 152.

152. Prudentis est prospicere, ne quid eveniat mali: fortis tolerare, si quid forte obigerit. In *Sentent.*, sent. 3.

153. Nihil unquam bono viro quidquam mali evenire potest, nec vivo, nec mortuo. *Sizygia* 1, in *Apolog.*

154. Quid eo infelicis, cui jam esse malum

PETR. CELL.

S. PETR. DAM.

S. SALVIANUS.

S. SYNESTIUS EPISCOPUS.

S. THOMAS AQUINAS.

S. VALERIANUS EPISCOPUS.

SENTENTIA PAGANORUM.

ARISTOTEL.

MIMUS PUD.

PITACUS PHILOSOPH.

PLATO.

SENECA.

neesse est? ô miserabilem illum! Lib. 1 de Clement., cap. 13.

155. Alienis malis torqueri, eterna miseria est: alienis malis delectati, voluptas inhumana. De Tranquillit. animi, cap. 15.

156. Tu ita vive, ut nihil mali committas. Ep. 3.

157. Mali mala sua, quod malorum ultimum est, amant. Epist. 39.

158. Mala mentis nostræ tunc perniciosissima scias esse, cum simulata sanitate subsidunt. Ep. 56.

159. Quis ista dementia est, malum suum antecedere? Epist. 98.

160. Lento adjutorio opus est contra mala continua, et fecunda: non ut desinant, sed ne vincant. Lib. 2 de Ira.

SIXT. PHIL.

161. Mali nullius auctor est Deus. Sent. 106.

162. Non putes malum, quod non sit turpe. *Ibid.*, sent. 192.

163. Qui nihil mali vult, fidelis est. *Ibid.*, sent. 208.

164. Omne quod malum est, Deo inimicum est. *Ibid.*, sent. 302.

165. Qui cogitat adversus alium mala, ipsa preveniens ipse perferat mala. *Ibid.*, sent. 318.

TRISMEGIS.

166. Deus profecto extra culpam malorum a nobis causa venit, nam mala bonis anteposimus. Lib. de Potest. et sap. Dei, cui lit. *Pimander*, cap. 4.

Vide etiam tit. *Accusatio*, sent. 63; *Bonum*, sent. 126, 127, 141, 145; *Compassio*, sent. 54; *Consensus*, sent. 52, 53, 55; *Delectatio*, sent. 31;

Diabolus, sent. 43, 103; *Flagellum Dei*, sent. 260; *Lingua*, sent. 49; *Negligentia*, sent. 25; *Obedientia*, sent. 131; *Obeisio*, sent. 9; *Passio*, sent. 31; *Pecatum veniale*, sent. 25; *Previsio*, sent. 17, 18, 39, 41, 44, 48; *Profectus*, sent. 84; *Prosperitas*, sent. 38; *Punitio*, sent. 35; *Ratio*, sent. 105; *Rectitudo*, sent. 27; *Remuneratio*, sent. 9; *Tumor*, sent. 54; *Victoria*, sent. 46; *Voluntas Dei*, sent. 65.

MANDATUM IN GENERE.

COLLECTOR.

Etymologia. Mandatum dicitur quasi manui datum; quia quod manui traditur, in promptu est: sic mandatum semper in promptu esse debet.

Definitio. Mandatum est omnis jussio, qua alteri jubet quod vult fieri. Vel, mandatum est intimatio voluntatis superioris, facta inferiori, ut secundum illam agat.

SENTENTIE PATRUM.

S. AMBROS.

1. Qui alios præceptis suis ligat, debet ipse legitima præcepta in se custodire. Lib. 10, epist. 82, ad *Vercellens. Ecclesiam*.

2. Ex quo incipit homo præcepti esse capax, ex s. AUGUST. illo incipit posse peccare. Lib. 3 de *Libero arbit.*, cap. 24.

3. Præceptum non est ab illo, cui præcipitur; sed ab illo, qui præcipit. *Ibid.*

4. Quod neque contra fidem, neque contra bonos mores injungitur, indifferenter est habendum, et pro eorum inter quos vivitur societate servandum est. Epist. 118, ad *Januarium*.

5. Per mandatum gravius delinquit, qui per mandatum scilicet quam malum sit quod admittit. Epist. 144, ad *Anastas.*

6. Mandatum si fit timore penæ, non amore justitiæ, serviliter fit, non liberaliter, et ideo nec fit. Non enim fructus est bonus, qui de charitatis radice non surgit. De *Spiritu et littera*, cap. 14.

7. Quidquid difficile est in præcepto, leve est amanti. Super *Psal.* LXVII, vers. 44.

8. Animus mallet non esse quod præcipitur, si ad faciendum amore non ducitur, sed timore coartatur. Super *Psal.* XXXII, conc. 1, vers. 2.

9. Non est amicus recti quando mallet, si fieri posset, id quod rectum est non juberi. Super *Psal.* LXVII.

10. Quanto magis suavia sunt quæ jubet qui jurat, tanto magis ea scrutatur amans, ut cognita faciat, et faciendo cognoscat, quia perfectius cognoscitur cum fiunt. Super *Psal.* CXVIII, Conc. 17.

11. Circumstant nos et præcepta recte faciendi, et exempla recte faciendum. Hom. 50, ex *Hom.* 53.

12. Magnum a Deo iudicium timere et expectare debent, qui prælatorum suorum jussa despiciunt. Serm. 61, ad *Frates in eremo*.

13. Iniquum est eum damnare, cui non fuit potestas jussa complere. De *Fide contra Manich.*, cap. 10.

14. Præcepta liber facit, qui libens facit. De *Gratia Christi*, cap. 13.

15. Ipse se interimit, qui præcepta medici observare non vult. Tract. 12, super *Joan.*

16. Valde bona sunt præcepta, si legitime his utamur. De *Natura et gratia*, cap. 69.

17. Omni tempore, omni persone, mortem contempta, custodita salutem operantur. De *Præceptis et disput.*

18. Prælati jussio vel prohibitio non prætereat terminos professionis, nec ultra extendi potest, nec contrahi citra. *Ibid.*

19. In prælati quibusque gravius auctoritatis, et eorum mandatis quibusque majoris utilitatis, quo diligentior debetur obsequendi cura, eo et culpa gravius incurritur de contemptu. *Ibid.*

S. BERNARD.

20. Jussa prælatorum sine culpa non negliguntur, sine crimine non contemnantur: ubique enim et culpabilis neglectus, et contemptus damnabilis est. *Ibid.*

21. Contemptus in omni specie mandatorum pari pondere et communiter damnabilis est: neglectus autem in fixis gravius, tolerabilior in mobilibus mandatis. *Ibid.*

22. Sive Deus, sive homo vicarius Dei, mandatum quodcumque tradiderit, pari profecto obsequendum est cura, pari reverentia referendum, ubi tamen Deo contraria non præcipit homo. *Ibid.*

23. Imperfecti cordis et infirmæ prorsus voluntatis iudicium est, statuta seniorum studiosius discutere, hæere ad singula quæ injunguntur, exigere de quibusque rationem, et male suspicari de omni præcepto cuius causa latuerit: nec unquam libenter obedire, nisi cum audire contigerit quod forte liberet, aut quod non aliter licere seu expedire monstravit, vel aperta ratio, vel indubitata auctoritas. *Ibid.*

24. Elatio contemptentis atque impenitentis obstinatio in minimis quoque mandatis culpam facit non minimam: et convertit in crimen grave rebellionis movum satis levem simplicis transgressionis. *Ibid.*

25. Quidquid vice Dei præcipit homo, quod non sit tamen certum displicere Deo, haud secus omnino accipiendum est, quam si præcipiat Deus. *Ibid.*

26. Ille se decipit, qui occulte vel aperte satagit, ut hoc ei injungatur, quod ipse desiderat. Lib. *Medit.*, cap. 11.

27. Multos videmus post præcipientis imperium, nullas facere questiones: cur, quare, quomobrem, sæpius interrogare: ingenitare querelas, querere quare hoc præcipit? unde hoc venit? quis hoc adinvenit consilium? Serm. de *Virtut. obedient.*

S. BONAV.

28. Mandata tripliciter sunt servanda: propter salutarem obligationem, propter maledictionis ablationem, propter benedictionis collationem. Expos. 2, super *Psal.* CXVII, cap. 1, vers. 6, art. 4.

29. Benedictionis adeptio, est mandatorum observatio. *Ibid.*

30. Mandata animam pacificent, pacificam fortificent, fortificatam sapientificant. *Ibid.* cap. 11, vers. 10, art. 4.

31. Mandatorum conservatio, est conservatorium exultatio. *Ibid.*, cap. 7, vers. 15, art. 4.

32. Nemo excusabilis est, si mandata non servat: quia omne quod præcipitur, facile est amanti. Serm. 1, de *SS. Evangelistis*.

S. EUSEBIUS

33. Non est obediens, sed negligens, qui se-

cundum expectat mandatum. Epist. ad *Damas. pap. de Morte D. Hieron.*

34. Non considerare debetis quis, vel qualis sit, qui vobis facienda præcipit; sed solum quod sit prælati. In suis opus. collat. 4, de *Obedientia*.

35. Ad promissam requiem pervenire desiderat, qui mandatorum onera libenter portat. Super *Gen.*, cap. 49.

36. Dum salva fide res agitur, virtutis est meritum, si quidquid superior præcipit humiliter toleratur. Lib. 25 *Moral.*, cap. 14.

37. Justitiæ ac rationis ordo suadet, ut qui sua a successoribus desiderant mandata servari, decessoris sui procul dubio voluntatem et statuta custodiant. Lib. 5, in *Registr.* ind. 14, cap. 112, epist. 12.

38. Si parva quæ videntur majorum imperia contempta, ab internis gaudiis separant; etiam minima, quæ periculum, vitam parant. Lib. 2 in *I Regum*, cap. III.

39. Majorum imperia perfecta humilitate observanda sunt. *Ibid.*, lib. 4, cap. 5.

40. Præcepta majorum et timori esse debent, et amoris. *Ibid.*, lib. 5, cap. 4.

41. Prudentissimus ille est, qui non tam considerat quod jussum sit, quam illum qui jusserit: nec quantitatem imperii, sed imperantis cogitat dignitatem. Epist. 14, ad *Celent.*

42. Quod præcipitur, imperatur: quod imperatur, necesse est fieri: quod necesse est fieri, nisi fiat, penam habet. Lib. 4, *advers. Julian.*

43. Ubi consilium datur, offerentis arbitrium est: ubi præcipitur, necessitas est servitium. *Ibid.*

44. Nullus a se mandata ita pollicetur, implenda, ut ille qui amore perfectionis supra mandata descendit; et dum amplius statuit facere, quam præceptum est, ostendit minus sibi præceptum esse quam potuerit. Epist. 1, ad *Demetriad.*

45. Non solum ille servus contempsit Dominum, qui prohibita fecerit, sed et qui jussa non fecerit. *Ibid.*

46. Leve est præcipere, sed labor est implere. Lib. 2 de *Claust. anima*, cap. 13.

47. Vita præceptis contradicent, virtutes obediunt. *Ibid.*, lib. 3, cap. 6.

48. Triplex est vinculum mandatorum: primo trahimur, secundo retrahimur, tertio astringimur. Vinculum attrahens, sunt præceptiones, quæ sunt eorum, quæ fieri oportet. Vinculum retrahens, sunt prohibitiones, quæ sunt eorum, quæ fieri non licet. Vinculum astringens, sunt admonitiones, quibus eorum fluxum ligamus, cum voluntates etiam a licitis restringimus. Lib. 4 *Miscellan.*, codic. 2, tit. 33.

S. BASILIENS.

S. FRANCISC.

ASSISIAS.

GLOSS. INT.

S. GREGORI.

MAGN.

S. HIERON.

HUGO A. S.

VICTORE.